SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus non poteſt abſolvere eum qui leviter percuſſit Clericum ſine ſpeciali commiſſione, juxta unum intellectum & n. ſeqq.*
Qui reprobatur n. 4. & ſeqq.
3 *Epiſcopus abſolvit pro leviſſima injuria Clerico illata.*
5 *Lecturæ fugiendæ ſunt per quas Decretales reducuntur ad gratiam.*
6 *Diſpoſitio reſpiciens duo determinabilia debet utrumque pariformiter determinare.*
7 *Dictio etiam eſt implicativa caſûs præcedentis cum eiſdem qualitatibus.*
8 *Excommunicati pro levi manuum injectione in Clericum poſſunt per Epiſcopum abſolvi.*
9 *Excommunicati ob percuſſionem Clericorum, quibus caſibus per Epiſcopum abſolvi poſſint, compendioſa diſtinctio.*
10 *Prælatus inferior habens juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, an poſſit abſolvere ſubditos ab excommunicatione ob levem Clerici percuſſionem & n. ſeqq. uſque in fin.*
11 *Abſolutio ab excommunicatione ob levem Clerici percuſſionem regulariter ſpectat ad ſolum Epiſcopum.*
12 *Declaratur.*
13 *Prælatis inferioribus habentibus jura Epiſcopalia, competunt ea omnia quæ ad Epiſcopalem juriſdictionem pertinent.*
14 *Prælatus inferior habens jura Epiſcopalia, poteſt abſolvere ab excommunicatione Canonis, quandò Canon eam non reſervat.*
15 *Canones loquentes de Epiſcopis & Diœceſanis verificantur etiam in inferioribus habentibus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in his quæ juriſdictionis ſunt.*
16 *Vicarius Epiſcopi & Vicarius Capituli, Sede vacante, abſolvunt ab excommunicatione Canonis, ſi levis ſit percuſſio.*

1 *Pervenit.* Plures habet intellectus. Quidam enim opinati ſunt quod hìc dicitur de abſolutione ob levem manuum injectionem in Clericum, vendicare ſibi locum ex ſpeciali gratia & indulgentia; & in hac opinione fuerunt Vincentius, Alanes, Philippus, Tancredus & Innoc. hìc *n.* 1. & Abb.
2 antiq. *n.* 1. & 2. ponderantes hanc litteram hìc *tuæ fraternitatis arbitrio, duximus committendum*: quaſi dicat non alterius niſi & ſpecialiter ei committeretur; & pro hac opinione facit textus *in c. ſi verò, il ſecondo infra eod.* ubi in caſu ſpeciali abſolvit Epiſcopus, quandò injuria non eſt enormis. Ad idem etiam facit c. *Quoniam, ſuprà de vita & honeſt. Cleric.* ubi ex privilegio ſpeciali Clerici communiter viventes abſolvuntur ab Epiſcopo, ſi injuria non eſt enormis; ſi eſt ſpeciale in his caſibus, ergò in contrarium eſt jus commune, l. *Jus ſingulare* & l. *quod verò contra, ff. de Leg.* & juxta hunc intellectum Decretalis ſic ſummari poteſt. Epiſcopus poteſt abſolvere injicientem manus in Clericum leviter, ſi hoc ſibi ſpecialiter committatur.

3 Goffredus verò in ſumma *hoc tit.* §. *Qui poſſit ab hac in* 2. *col. & ſeq.* diſtinguit in hæc verba. (Ut Decretalis hæc ſanè intelligatur: puta inter perſonarum conditionem injuriamque gravem, levem & leviſſimam arbitrio boni viri fore perſpicaciter diſtinguendum.) Deindè unumquodque membrum declarat, concludens hanc litteram non intelligi de gravi percuſſione, cùm illam excludat; ſi de levi intelligatur, procedit de gratia & commiſſione ſpeciali, juxta primam opinionem Vincentii & ſequacium; ſi verò intelligatur de leviſſima: tunc omninò continet jus commune, facit textus in l. *Item apud Labeonem*, §. *Prætor ait ſi quid aliud, ff. de injur.* ubi cavetur ut qui percutit ſervum leviter vel maledicit, non teneatur injuriarum. Et hanc Goffredi diſtinctionem in effectu approbat Hoſt. hìc *in princ.* & latiùs in ſumma *hujus tit.* §. *Quis poſſit ab hac ſententia abſolvere*, verſ. *Sed ut dicunt quidam*, niſi quod è ſecundo membro de levi percuſſione excludit perſonas privilegiatas quas Epiſcopus poteſt abſolvere de jure communi, ut notat ibidem Hoſt. in §. *Quis poſſit excommunicare*, verſ. *ſuper illo autem Canone*; & juxta hanc diſtinctionem Goffredi & Hoſt. intelligendo hanc litteram de leviſſima Decretalis ſummatur ſic. Pro leviſſima injuria Clerico illata abſolvit Epiſcopus.

4 Verùm prædictos intellectus meritò refellit Joan. Andr. hìc *n.* 3. verſ. *Et hìc conſuetudo*, nam tu qui dicis Epiſcopum in leviſſima tantùm poſſe abſolvere: indica jus ſuper hoc, ſed
5 non habes aliud quàm iſtud quod de levi loquitur; aut ergò neges de qualibet: aut de levi concedas. Item fugiendæ ſunt lecturæ per quas reducuntur Decretales ad gratiam, ut inquit idem Joan. Andr. *in c. Ex parte Adæ, n.* 19. *de teſt.* quem ſequuntur Doctores, ut dicit Felin. hìc *in fine*. Et ſanè ſi hæc Decretalis procederet de ſpeciali commiſſione, nec egrederetur perſonam illius Epiſcopi cui facta fuit commiſſio, ut quid occuparet membranas & ad quid inſerta eſſet in volumine Decretalium contra id quod legitur & notatur ſuprà in proœ-
6 mio, §. *Sanè & in c. Canonum Statuta, de Conſtit.* Pro hac parte inducitur etiam integra relata ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *c.* 6. In cujus principio cautum erat, ut Epiſcopi poſſent liberè abſolvere mulieres, ſenes & pueros qui in Canonem inciderent: poſteà ſequebatur. *De his etiam qui Clericis non enormem, ſed modicam vel levem injuriam irrogarunt, tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum.* Quà ſi dicat: ſicut illis poterat Epiſcopus jure ordinario & communi abſolutionis beneficium impendere; ita & in iſtis, quia ubi una diſpoſitio reſpicit duo determinabilia, debet utrumque pariformiter determinare, l. *Jam hoc jure*,
7 §. *ſi autem* & hìc Bart. *n.* 1. *ff. de vulg. & pupil. cum ſimil.* præſertim ponderando particulam *etiam* quæ eſt implicativa caſûs præcedentis cum ejuſdem qualitatibus, ut notant omnes in l. *Etiam, ff. ſolut. Matrim. C. ſi tutor vel curator* & in l. *Qui ſe patris, C. Undè liber.* Dec. *conſ.* 17. *Quæſtio iſta n.* 9. *lib.* 1. Communis ergò lectura eſt hanc Decretalem continere 8
jus commune, ut atteſtatur Abb. hìc *in princ.* & Mar. Soc. *n.* 4. & juxta hanc lecturam communiter ſic ſummatur. Excommunicati pro levi manuum injectione in Clericum poſſunt per Epiſcopum abſolvi. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. Joan. de Anan. Mar. Soc. & Felin. & tenent Lapus *alleg.* 76. *Quidam* Presbiter. Roman. *ſingul.* 16. Card. *conſ.* 42. *Reverendiſſime Pater ſuper caſu ſuprà ſcripto*; & paſſim Doctores; & hic intellectus eſt amplectendus, tum quia benignior eſt, tum quia continet aliquam dubitationem & utiliùs providet; tum quia conſuetudo eum approbavit, ut hìc per Abbatem, *numero* 1. & Marianum Socinum, *num.* 5. 6. & 7.

Non obſtant allegata in contrarium pro prima opinione, 9
nam ad hunc textum, dum dicit: *duximus committendum*, poteſt reſponderi, ſcilicet de jure communi juriſdictionem ſuam excitando, ut *c. Licèt, ſuprà de offic. Ordin.* Ad ſecundum argumentum deſumptum ex juribus ſuprà citatis *n.* 2. Reſponderi poteſt, diſtinguendo tres caſus ſecundum Joan. Andr. hìc *n.* 3. verſ. *& ad contrariorum ſolutionem*; nam aut injuria eſt levis & pro iſta abſolvit Epiſcopus de jure communi ut hìc; aut injuria eſt mediocris & ab illa non poteſt abſolvere Epiſcopus niſi privilegiato, ut Oſtiarium, Officialem, ſervum, Clericum, communiter viventes & Profeſſor; & ita procedunt, *c. ſi verò & c. Quoniam* in contrarium allegata & alia ſimilia jura. Aut injuria eſt gravis ſeu enormis; & Epiſcopus ſine ſpeciali commiſſione non abſolvit niſi eos qui Papam non poſſunt adire, ut ſenes & mulieres, pueros, valetudinarios & hujuſmodi de quibus hìc integra & *in cap. Ea noſcitur, cap. Mulieres ſupra eodem; & infrà, cap. Quamvis & cap. fin.* & hanc diſtinctionem Joan. Andr. ſequitur hìc Abbas *n.* 2. Mar. Soc. *à num.* 7. & communiter Doctores.

Nunc quæro, an Prælatus inferior habens juriſdictionem 10
quaſi Epiſcopalem poſſit abſolvere ſubditos ab excommunicatione, ob levem Clerici percuſſionem.

Et ſi facultas abſolvendi ab excommunicatione Canonis *ſi* 11
quis ſuadente, ubi levis eſt percuſſio, ſolis Epiſcopis competat, non autem inferioribus Prælatis per hanc Decretalem quæ dirigitur duntaxat Epiſcopo, ut patet hìc *fraternitatis tuæ juncto c. Quàm gravi, ſuprà de crim. falſ.* & hìc notat Abb. *n.* 2. in verbo *Fraternitatis tuæ* & Mar. Soc. *n.* 8. Felin. *in c. Paſtoralis c.* 10. verſ. *Limita hanc primam fallentiam, de offic. Ord.* Tolet. in ſumma *lib.* 1. *c.* 32. Hoc tamen non habet locum in Prælatis jura Epiſcopalia habentibus, ut declarat Abbas *in c. Monachi ſub n.* 3. verſ. *Hoc verum ſupra* 12
eodem poſt Feder. de Senis *conſ.* 14. Monachus Peruſinus *num.* 4. verſ. *ſi tamen dictus Abbas* quos refert & ſequitur Franc. *in c. Religioſo in ult. not.* verſ. *Et ita determinat. de ſent. excom. lib.* 6. Felin. qui alios plures allegat *in d. c. Monachi n.* 4. verſ. *primò limita.* Tabien. in ſumma, ver. *abſolutio* 2. *num.* 4.

Ratio eſt, quia inferioribus Prælatis habentibus jura Epiſ- 13
copalia competunt ea omnia quæ ad Epiſcopalem juriſdictionem pertinent: licèt non competant ea quæ Ordinis ſunt Epiſcopalis, gloſ. in clem. 1. in verbo *proprii, de reb. Eccleſ. non alien.* Innoc. relatus à Card. *in c. ex ore in fin. de privil. & in c. At ſi Clerici*, §. *De adulter. n.* 13. *de jud.* Feder. de Sen. *d. conſ.* 14. *n.* 4. Abb. *in c. ſicut unire, n.* 3. verſ. *Et circa hoc do regulam, de exceſſ. Prælat.* & idem Abb. poſt Joan. Andr. *in c. Joannes n.* 2. *de teſtam.* gloſſ. *pragm. Sanct. par.* 2. *tit. de concub.* §. *Et nihilominùs*, ver. *Superiores*; abſolutio

autem ab excommunicatione Can. *ſi quis ſuadente*, non eſt Ordinis Epiſcopalis, ſed juriſdictionis, Card. *conſ.*
14 42. *Reverende Pater, n.* 3. *in fin.* ergò hæc facultas competit etiam inferioribus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus; ideòque eos poſſe indiſtinctè abſolvere excommunicatum à Canone, quandò Canon non reſervat abſolutionem, ſcripſit Calderin. *conſ.* 538. *aliàs* 6. *de ſent. excomm.*

Neque obſtat quòd Clemens III. in hoc cap. reſcribat Epiſcopo hìc *tuæ fraternitatis in arbitrio duximus committendum*, cùm inferiores ab Epiſcopo Papa non appellat fratres ſicut Epiſcopos, ſed filios, ut *in d. c. Quàm grave, de crim. falſ.* & quòd præterea Silveſt. in verb. *abſolutio n.* 5. dixerit hanc facultatem non competere Abbati juriſdictionem quaſi Epiſ-
15 copalem habenti, eà ratione, quia non eſt Epiſcopus. Reſpondetur enim etſi Canones loquantur de Epiſcopis & Diœceſanis: tamen in his quæ juriſdictionis ſunt, verificari etiam in inferioribus Prælatis juriſdictionem Epiſcopalem habentibus, excluſis Epiſcopis, ut tradit gloſſa notab. in clement. 2. in verbo *Diœceſanis, de foro competent.* quam illic ſequuntur communiter Doctores, Rota *dec.* 297. *in fin. par.* 2. *diverſ.*

Ideòque, quamvis Concilii Tridentini Decretis dicatur ad Epiſcopum pertinere Sacerdotes approbare ad confeſſiones audiendas, licentias prædicandi concedere, Virginum Deo dicandarum voluntates explorare, pias diſpoſitiones, litteras Apoſtolicas exequi, caſus ſibi reſervare & alia quamplurima hujus generis: tamen hæc omnia competunt etiam inferioribus Prælatis de quibus loquimur, ut in caſibus contingentibus ſæpiùs reſolvit Sacra Congregatio. Quin imò *in c.* 20. § *Ad hæc, ſeſſ.* 24. decernitur ut cauſæ Matrimoniales & criminales non inferiorum judicio, ſed Epiſcopi tantùm examini & juriſdictioni relinquantur; & ſic Concilium loquitur taxativè & tamen per ea verba non excluduntur inferiores Prælati, proprium territorium & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, ut ſimiliter Sacra Congregatio declaravit.

Et eodem modo inferiores Prælati juriſdictionem ordinariam habentes ex ſententia ipſius Congregationis non excluduntur à cognitione cauſarum contra Clericos concubinarios, quamvis Concilium *in c.* 14. *ſeſſ.* 25. decernat ut illarum cognitio ad Epiſcopos ipſos pertineat, ponderando dictionem *ipſos*, quæ cùm ſit perſonaliſſima, habet vim taxativæ, Bald. *conſ.* 304. *Nobilis vir, n.* 1. *lib.* 5. Quod eam præcipuè habet rationem, quia hujuſmodi Prælati in his quæ ſunt juriſdictionis ſimiles ſunt Epiſcopis, Abbas & Doctores *in c. Dilectis de appellat.* & alii ſuprà citati *n.* 13. Dictio autem taxativa in diſpoſitione legis non includit cauſas ſimiles & eandem rationem habentes, gloſſ. in l. *Ob æs, C. de præd. Minor.* Abb. *conſ.* 63. *Ut veritas, col. penult. in fin.* verſ. *Nec obſtat, lib.* 2. Jaſ. in l. 1. verſ. *ſecundò limita, ff. ſi qui jus dicenti non obtemper.*

Et in hac ipſa materia abſolutionis ob levem percuſſionem 16
videmus abſolvendi facultatem competere etiam Vicario Epiſcopi, ſecundum Card. *d. conſ.* 42. *n.* 3. verſ. *vel ejus Vicarii Generalis.* Et tamen idem Vicarius non eſt Epiſcopus: licèt utriuſque ſit idem Tribunal & Auditorium, *cap. Non putamus, de conſuet. lib.* 6. Gemin. *conſ.* 114. *ſi Procurator Epiſcopi n.* 5. *in fin.* verſ. *non obſtat ratio.* Abb. *conſ.* 21. *viſo dubio n.* 2. *lib.* 1.

Similiter videmus eandem facultatem competere Vicario Capitulari per gloſſam *in c. un.* in verbo *Juris de major. & obed. lib.* 6. & tamen nec ipſe eſt Epiſcopus, ſed Epiſcopi ſucceſſor in his quæ juriſdictionis ſunt, ut per Doctores *in d. c. unico.*

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS

Idem Clemens III.

CAPUT XXI.

A Nobis fuit ex parte tua quæſitum, utrum ſi quis ita pronuntiaverit; Quiſquis furtum fecerit, excommunicatus ſit: hæc generalis clauſula ad ipſius excommunicatoris ſubditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non ſunt de juriſdictione illius? Ad quod dicimus, quòd hac ſententia nonniſi ſubditi obligantur: niſi fortè plus contulerit major, & largior autoritas delegantis.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatio generalis non ligat niſi ſubditos proferentis.*
2 *Verba generalia ſtatuentis, vel ſententiam proferentis reſtringuntur ad limites poteſtatis ſuæ.*
3 *Diſpoſitio generalis commenſuratur agentis poteſtati.*
4 *Verborum larga prolatio commenſuratur organizantis potentiæ.*
5 *Exercitium non excedit metas habitus, à quo ut à cauſa dependet exercitii vires.*
6 *Statutum laïcorum puniens declinantes juriſdictionem poteſtatis ad Clericos non extenditur.*
7 *Statutum laïcorum prohibens alienationem ſtabilium in non ſubditos, non includit Clericos.*
8 *Statutum imponens pœnam excommunicationis an liget ſubditos delinquentes extra territorium ſtatuentis.*
9 *Statutum eſt lex territorii.*
10 *Conſtitutio ſinodalis regni Poloniæ inhabilitans dimiſſos à Societate Jeſu ad Prælaturas, & Canonicatus Cathedralium Eccleſiarum, an obſtet quominùs ſic dimiſſus poſſit eſſe Epiſcopi ſuffraganeus & n. ſeqq. uſque ad num.* 22.
11 *Sinodus provincialis non poteſt inhabilitare ſubditos ad Epiſcopatus in partibus infidelium.*
12 *Statutum non porrigit vires extra territorium ſtatuentis.*
13 *Sinodi provincialis ſtatuta non obligant extra provinciam.*
14 *Epiſcopatus clero, & populo carentes ſunt ad liberam proviſionem Papæ.*
15 *Ejecti extra Religionem degentes ſunt perpetuò ſuſpenſi ab exercitio Ordinum.*
16 *Societatis Jeſu Religioſi, qui vota ſubſtantialia ſimplicia emiſerunt, non comprehenduntur in decretis de apoſtatis, & ejectis.*
17 *Poſſunt à Societate dimitti à Præpoſito Generali, & ſic dimiſſi non ſunt apoſtatæ, & ſunt liberi ab omni obligatione dictorum votorum.*
18 *Statuta laïcorum quantumvis generalia non extenduntur ad Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas.*
19 *Statutum excludens à minoribus dignitatibus, multò magis cenſetur excludere à majoribus.*
20 *Niſi quoad majores ſit defectus in poteſtate.*
21 *Suffraganeatus non eſt Prælatura, ſed Officium.*
22 *Statutum imponens certam pœnam, puta excommunicationis, an liget forenſem delinquentem in territorio ſtatuentis, diſtinguitur ut n. ſeqq. uſque ad n.* 45.

quas non refero, quia ad rem præſentem non faciunt. Item
propoſitam rationem diverſitatis reddit etiam Mar. Soc. hîc
n. 29. & plerique alii ; & eodem modo reſponderi poteſt ad
leg. *Obſervandum*, *ff. de offic.* Proconſul. ubi Proconſul
non poteſt cauſam delegare, antequam ingrediatur Pro-
vinciam, quia adhuc non habet juriſdictionem in actu :
licèt habeat in habitu ; & ad leg. *Uſusfructus*, *ff. de ſtipulat.*
ſervor.
31 Ampliant nonnulli concluſionem ſuperiùs firmatam, ut locum
habeat etiamſi forenſis delinquens in territorio ſtatuentis ſit
ei ſuperior, quia nihilominùs datâ ſcientiâ ligatur pœnâ ſta-
tuti generaliter loquentis, quod ſenſit Innoc. hîc *poſt med.*
hîc *quia non eſt generalis à contrario ſenſu*, nec non hîc *licèt*
Archiepiſcopi aliàs legem in ſubditos factam ſervare teneantur.
Undè ſi ſtatuto Epiſcopi caveatur : quiſquis in Diœceſi mea
luſerit ad hazardum ſit excommunicatus, ſi Metropolitanus
ludat in Diœceſi Epiſcopi, datâ ſcientiâ ligatur pœnâ ſtatuti,
ut tenuerunt Hugo & Bartol. Brix. relati à Joan. Andr.
in reg. Cui licet, num. 9. *de reg. jur. lib.* 6. Archid. *in*
cap. Ut animarum, numero 2. verſ. *Ego credo de Conſtitut.*
eodem libro. Et hanc partem ſecutus fuit Paulus de Biaſuciis,
diſputando in Civitate Senenſi, ut refert Mar. Soc. hîc
num. 15.
Sed contrariam opinionem probarunt Laurentius, Joannes
& Bernardus Bovincialis relati à Joanne Andrea *in d. reg. Cui*
licet n. 8. Hoſt. *in Summa hujus tituli*, §. *Quis valeat excom-*
municari, verſ. *Quid ergò*, ubi ait : certò certiùs teneas,
quòd ſicut ſententia vel Canon proferentem non ligat : ita
nec proferentis Superiorem, Joan. Calder. *in c.* 1. *ſuprà de*
raptor. Gaſpar. de Calder. *in repet. c. Noſtro de pœnit. &*
remiſſ. Petr. de Anchar. *in c.* 1. *in* 12. *q. princip. de Conſtit.*
Demùm pro hac opinione poſt prolixam diſputationem con-
cludit Joannes Andreas *in d. regula Cui licet à num.* 2.
Et idem tenet ſuccinctè *in c. Cùm inferior, num.* 2. *de major.*
& obed.
In hoc opinionum conflictu Henr. Boich. *in eod. c. cùm in-*
ferior n. 9. credit ſecundam opinionem eſſe veriorem in foro
judiciali, ſed in foro pœnitentiali primam eſſe tenendam,
quia tutior & ſecurior pro anima, argum. *c. Juvenes de ſponſal.*
cum concord. per eum allegatis. Similiter Mar. Soc. hîc *n.* 17.
dicit in foro judiciali communiorem & veriorem eſſe ſecundam
opinionem, ſed in foro animæ ſibi magis placere primam per
rationem Henric. Boich. Hoc tamen eſt optimum conſilium,
ſed non preceptum, quia ubi in aliquo articulo utrinque ſunt
opiniones, etiam in foro pœnitentiali licitum eſt ſequi opinio-
nem veriorem ſeu probabiliorem : licèt contraria ſit tutior, *c.*
placet in fin. de converſ. conjug. & Can. Nicæna 31. *diſt.* &
fuſiùs probavi *in c. Ne innitaris n.* 169. *& ſeqq. & n.* 236.
de Conſtit.
32 In ſecundo caſu, id eſt datâ ignorantiâ ſtatuti : ſubdiſtingue.
Nam aut ſtatutum punit factum à jure communi damnatum :
puta homicidium, furtum, ſacrilegium & hujuſmodi ; & tunc
forenſis utcumque ignorans ligatur pœnâ ſtatuti, quia in facto
33 generaliter damnato, non poteſt allegari juſta ignorantia.
Aut punit factum aliàs non damnatum jure : puta ſal vendere,
extra Civitatem vel Provinciam frumentum aſportare, vel
mercimonia deferre, non ſolutis vectigalibus ; & hoc caſu
forenſis contraveniens, pœnâ ſtatuti non ligatur. Ita notabili-
34 ter diſtinguit gloſſa 2. hîc cum quo concordat Butr. *n.* 7. verſ.
Ideò ego pondero. Anchar. Bart. & alii quos citat & ſequitur
Mar. Soc. *n.* 36. quod tamen procedit, ſi ignorantia ſit pro-
babilis, ſecùs verò ſi ſit craſſa vel ſupina, ut notat gloſſa *in*
c. 2. in verbo *Supina de Conſtit. lib.* 6. veluti ſi forenſis in
loco ſtatuti traxerit tantam moram, ut veriſimiliter debeat
eſſe informatus de illius pœna, vel ſi in partibus circum-
ſtantibus id communiter ſtatutum reperiatur, juxta notata per
Bart. in l. *cunctos populos*, *C. de Summa Trin. & fide Cathol.*
& per Joan. Andr. *in d. c.* 2. quos refert & ſequitur Butr. hîc
numero 9.
35 Tu verò adverte, quia quoad ſecundam partem hujus
diſtinctionis, ſcilicet ignorantes non ligari pœnâ ſtatuti pu-
nientis factum à jure aliàs non damnatum, conveniunt
unanimiter omnes, prout hanc eſſe communem opinio-
nem omnium Doctorum atteſtatur Marian. Soccin. *hîc*,
numer. 49. Sed quoad primam partem ſcilicet, quando
ſtatutum punit factum aliàs damnatum, Joan. Andr. *hîc*,
num. 5. *verſ. Imò die & in c.* 2. *in gloſ. Ordinaria*, *in*
verb. Ignorantes, *de Conſtitut. lib.* 6. contra gloſſ. noſtram
tenet ignorantes non ligari, quia licèt ſciant factum dam-
36 natum à jure, tamen ignorant novam pœnam à ſtatuto im-
poſitam. In hac varietate Butr. *hîc num.* 9. *verſ. Si verò*
ignorat. putat primam opinionem gloſſæ eſſe veram & Abb.
37 *n.* 9. *verſ. Et hæc opinio videtur*, affirmat eam eſſe ve-
riorem de rigore juris ; opinionem verò Joan. Andr. eſſe
æquiorem & ſic reſidet. Mar. Soc. luculenter diſputat hunc
articulum in utramque partem, *à n.* 26. *uſque ad n.* 47.
& n. 36. concludit ſibi placere primam opinionem gloſſæ,
licèt fateatur eſſe ſatis dubiam ; & præcipuè movetur quia
cùm delinquens non ignoraverit factum à jure damnatum,
videtur conſenſiſſe in omni genere pœnæ, argumen. *l.* 1.
§. *Beſtias*, *ff. de poſtul. & l. fin. ff. de crim. expil. hæred.*
cum ſimilib. ut per eum.
Opinioni gloſſæ ego etiam adhæreo, tum per rationes
Mar. Soc. quæ multum ſtringunt, tum quia eam ſequun-
tur ferè omnes Doctores ; & multos refert idem Mar. Soc.
ad n. 36. Sed eam limito in pœna excommunicationis, 38
prout limitat Anton. de Butr. *hîc n.* 9. *verſ. Sed quidquid*
ſit, ubi ait ſe credere opinionem gloſſæ eſſe veram in aliis
pœnis præterquam excommunicationis, & paulò infra ra-
tionem reddit, quia ſententia excommunicationis regulariter
non ligat, niſi ex contemptu, ut *c. Sacro*, *infra eod. cum* 39
ſimilib. Sed ille qui ignorat, non dicitur contemnere, ut
inquit gloſſ. *notab. in l. Si ignorant*, *in verb. Contemnit*, 40
ff. Locati ; ergò nec ligari poteſt cùm in ignorantem non
ſit dare contemptum ; quod non contingit in aliis pœnis ;
& hoc idem probat textus noſter non violando litteram,
ſecundum eum.
In dubio autem an delinquens præſumatur habere ſcien- 41
tiam vel ignorantiam ſtatuti, bonus Judex arbitrabitur ex
conjecturis, puta ex mora quam hîc traxit modica vel magna
ut tetigi ſuprà, *n.* 34. & in dubio ſtandum eſſet illius ju-
ramento, *c. Si verò*, *il ſecondo*, *ſupra eod.* ſecundum Hoſt.
hîc. n. 1. *verſ. Tu autem dicas*, Henr. Boich. *num.* 15.
verſ. Utrum quis præſumatur, Card. *n.* 2. *propè fin. verſ.*
Dic ergò arbitrandum, Abb. *n.* 10. & Mar. Soc. *n.* 49. *&*
50. ubi pleniùs declarat quandò delinquens præſumatur ſcire
vel ignorare pœnam Statuti.
Secundum membrum principale eſt, quandò Statutum 42
eſt particulare & comprehendens certas perſonas duntaxat ;
tunc refert, nam aut ſtatutum loquitur de non ſubditis,
qui ſunt inferiores ipſi ſtatuenti, puta ſi Patriarcha habens
Archiepiſcopos ſuffraganeos ſic ſtatuat. Quicumque Archie-
piſcoporum fecerit ante ſe Crucem ferri in provincia mea,
ſit excommunicatus : & tunc Innocen. *hîc poſt med. verſ.*
Si autem Patriarchæ, tenet ſtatutum valere, quia in ſub- 43
ditos & Archiepiſcopos ligari & eum ſequitur Hoſt. *n.* 3.
argum. *c. Qua contra mores*, 8. *diſt.* & Anchar. *num.* 7.
verſ. Tertia eſt opinio : Aut ſtatutum loquitur de non ſub-
ditis qui ſunt pares ipſi ſtatuenti, ut ſi Archiepiſcopus ſta-
tuat : Quicumque Archiepiſcoporum fecerit ante ſe Crucem
ferri in provincia mea, ſit excommunicatus. & tunc ſunt
opiniones Innocentius *hîc circa med. verſ. Undè ſi aliquis*
tenet ſtatutum non valere, quia non eſt generale, & quia
non comprehendit ſubditos, cùm nullus Archiepiſcopus
habeat ſubditos Archiepiſcopos, contra quos non licèt
facere legem. Sed Hoſt. *hic n.* 3. *verſ. Quod autem Archie-*
piſcopus, tenet contrarium, id eſt Archiepiſcopum ligari &
movetur per text. *in c. Ex tuarum in fin. de auth. &*
uſu pall. Item quia ex opinione Innocentii ſequeretur, ut
quis non poſſet facere ſtatutum contra peregrinos delin-
quentes in loco juriſdictionis ſuæ ; quod eſt falſum. Simi-
liter Abb. *hic n.* 7. *verſ. Articulus iſte* ; quamvis fateatur
hunc articulum eſſe dubium, tamen dicit poſſe teneri opi-
nionem Hoſt. quia cùm ſtatutum habeat tractum futurum
& ſic lex territorii feratur in tempus habile videtur ſtatu-
tum valere, cùm dicat juriſdictionem in territorio ſuo &
ſequitur Mar. Soc. *num.* 27.
Ultimò quærunt hîc DD. cum gloſſ. 2. an Statutum, 44
vel ſententia duret ultra tempus ſtatuentis vel ſententiam
proferentis & concludunt ſtatutum durare, quia cùm ſit lex
quædam perpetuò durat, niſi revocetur expreſsè. In ſenten-
tia verò diſtinguunt, ut hîc per Abb. *n.* 12. Hanc diffe-
tiam tetigi ſuprà *n.* 18. *&* 29. Sed latiùs proſequar in
quæſt. ſeq. in 2. *parte à n.* 50. *uſque in finem.*
Ex facto quæſitum eſt an Capitulum, Sede vacante, po- 45
tuerit præcipere Sacriſtæ ſub pœna ſuſpenſionis, ne aſpor-
taret ſacram ſuppellectilem extra Eccleſiam abſque Capituli 46
licentia : An verò hujuſmodi præceptum per ingreſſum
Epiſcopi expiraverit.
Prima pars quæſtionis eſt clara, quia in Capitulum, Sede 47
vacante, tranſit omnis juriſdictio, *c.* 1. *& c. Cùm olim*,
ubi omnes notant *de major. & obedien. cum concord.* Ideò-
que etiam poteſtas ſuſpendendi, Bellamer. *concl.* 244.
Joan. Franciſ. Pavin. *de offic. & poteſt. Cap. Sed. vacant.*
in 2. *part. princ. quæſt.* 6. *in fin.*
Et eò magis hoc caſu, quia ſtatuit circa res ad cuſto- 48
diam ipſius Capituli pertinentes, ut notat Archid. & Joan.
Andr. *in c. Generalem*, *de elect. lib.* 6.
Quod procedit etiam conſtituto Vicario juxta formam 49
Concilii Tridentini, *cap.* 16. *ſeſſ.* 24 quia Vicarius exer-
cet juriſdictionem nomine Capituli & propterea non abdi-
catur ab ipſo Capitulo juriſdictio ; imò in Vicarium non tran-
ſeunt quæ requirunt ſpeciale mandatum ut ſæpiùs reſpondit
Sacra Congregatio Concilii.
Quoad ſecundam partem dubia eſt quæſtio, an licentia 50
vel præceptum expiret per mortem concedentis vel præci-
pientis

pientis, quam tractant DD. in Clem. *fin. de elect.* &
communiter recipitur opinio negativa quæ eſt Card. hîc
in 5. *quæſt.* ſed quia res eſt controverſa & multi aliter
ſentiunt, ideò quod pertinet ad hanc quæſtionem, videtur
vera diſtinctio gloſſæ 2. hîc, nam aut Capitulum, Sede
vacante procedit per modum ſtatuti ; & tunc etiam ſi ſta-
51 tutum imponat pœnam pro futuro delicto, non expirat ſede
plena. In hoc celebris eſt præallegata quæſtio Feder. de
Senis 16. *num.* 1. quæ incipit, *Capitulum Eccleſiæ Cathe-*
dralis, & dicit Pavin. *qu.* 6. *primæ partis principalis*, *num.*
4. *verſ. Et fateor*, ſe non reperiiſſe aliquem famoſum
Doctorem contrarium tenentem ; & in Epiſcopis eſt text.
in c. Clericos, 3. *qu.* 4. & hîc non eſt caſus noſter, quia
Capitulum non proceſſit ſtatuendo generaliter. Aut Capi-
tulum procedit per modum ſententiæ vel interdicit, qui
52 eſt caſus noſter ; & tunc præceptum expirat per mortem
præcipientis : Ad hoc eſt text. expreſſus *in l. final. de*
pœn. Hæc diſtinctio in effectu eſt gloſſæ magnæ hîc cujus
hæc ſunt verba. (Quid ſi moriatur vel transferatur ad aliam
Eccleſiam qui tulit illam ſententiam, numquid tenet poſt
53 mortem vel receſſum, ut qui contrafaciant ſint excommu-
nicati ;) videtur quod ſic, quia ſcripta Epiſcoporum anathe-
matizant etiam poſt mortem & facere poſſunt decretum ;
ita ut qui contrafaciat puniatur, 3. *quæſt.* 4. *nullus*, *&c.*
argum. contra : dicit lex, quod interdictum non durat ultra
juriſdictionem interdicentis, *l. ult. ff. de pœn.* Dici poteſt
quod interdictum, ſive ſententia excommunicationis ſimpli-
citer lata non durat ultra tempus proferentis, niſi ſucceſſor
etiam confirmet & ratam habeat ; ſed cùm definiendo ſta-
tutum, ſeu decretum aliquod facit, ligat etiam poſt receſ-
ſum, quia ſtatuta hujuſmodi perpetua ſunt, *de offic. deleg.*
cap. ult. niſi expreſſim per ſucceſſorem revocantur. Sequitur
Anton. de Butr. *hîc num.* 10. ubi ait : (Dic quod ſtatuta
quæ ut dicta dependentiam non habent perpendiculariter
ſuper potentia ſtatuentis, & ſic ipſam non aſſumit pro cauſa
permanendi, ſed producendi ex eo quod prodita à ſe vires
ſumunt, durant & non extinguuntur extinctione juriſdic-
tionis : ſententia verò quæ perpendiculariter habuit ſuum effec-
tum & vim promovendi à pronuntiatione & ab ejus poteſ-
tate perpendiculariter dependent prout ſententia eſt in fieri
quia nondum ex contraventione laqueum injecit, extingui-
tur, hæc Butr. Item Anchar. *n.* 9. (Tu dic quod quædam
emanant per viam ſtatuti ; & tunc mortuo vel tranſlato
ſtatuente vel aliter ejus juriſdictione finita ligabitur qui
poſteà contrafecit, *cap. ult. de off. Leg.* Quædam emanant
per viam ſententiæ ; & tunc aut ſententia fuit purè lata
54 & perpetuò ligat, ſi verò ſententia non fertur pura, ſed
ſub conditione ; & tunc ſi exiſtat conditio poſt mortem
55 judicantis vel extinctam juriſdictionem & non ligat ; &
pro tantò dicit Innocent. *in c. Pro illorum de præbend.*
quod ſi Delegatus profert excommunicationis ſententiam
generalem in contradictores & rebelles non erit illa per-
petua, ſed expirat mortuo vel revocato delegato & idem
dicit Joan. Andr. *ne Sede vacant. cap.* 1. *lib.* 6. In Ordi-
nario mortuo vel tranſlato quod ejus ſententia conditionalis
non ligabit contrafacientem, Sede vacante vel in tempus
ſucceſſoris.) Item Abb. *hic num.* 12. dicens ; (Numquid
ſtatutum, ſeu ſententia durat ultra tempus deponentis ; 56
Conclude quod ſtatutum cùm ſit lex quædam perpetuò
durat, niſi revocetur expreſsè ; undè dicit Federic. quod ſi
Capitulum, Sede vacante, fecit ſtatutum, durat etiam
creato Epiſcopo, niſi expreſsè revocetur per Epiſcopum.
In ſententia dic concludendo notabiliter quod aut ſententia
injecit vinculum tempore proferentis aut non. Primò caſu
durat ultra tempus proferentis, exemplum in excommuni- 57
catione ; undè excommunicatus per Epiſcopum remanet
excommunicatus poſt mortem Epiſcopi, *cap. Paſtoralis*, §.
1. *de Offic. Ordin.* ſed reſpectu proceſſus vel effectus pro- 58
ducendi in futurum, ſententia tollitur per remotionem Ju-
dicis, qui ſententiam tulit.) & idem Abb. *in cap. Cùm ad*
hoc de Cleric. non reſiden. ſub num. 9. Idem eſt in qualibet
alia ſententia lata generaliter ſub conditione quæ expirat 59
per mortem proferentis ex quo non habuit in vita effectum 60
conſumatum. Ad idem poteſt adduci textus in *l. fin. ff. de*
pœn. ubi diſponitur, ut ſi aliquis magiſtratus interdicit alicui
ob novum delictum ne exerceat certam artem, tollitur hoc
interdictum, ſeu prohibitio ipſo facto finito magiſtratu illius.
Item Federic. *de q.* 16. *n.* 6. poſteaquam concluſit Capitulum
poſſe facere ſtatuta pœnalia duratura etiam in tempus Epiſ-
copi. (Non obſtat, inquit, *ff. de pœn. l. ult. cum ſimil.*
cum hic notat. nam illud locum habet cùm interloquendo,
vel ſine cognitione alicui interdictum eſt uti arte ſui : ſecus
ſi definiendo, vel legem condendo, quod cum magna ſo-
lemnitate fit.)
Contrarium cenſuit Jo. de Deo in hac quæſt. Si Epiſcopus 61
excommunicavit Clericum, qui in proprio fundo ædificavit Ec-
cleſiam ſi Eccleſiam illam in aliquos religioſos ſine ſuo conſen-
ſu transferret, quam eo mortuo, & ſede vacante religioſo loco
univit : clericus eſt excommunicatus, quia ſententia juſta à
ſuo judice lata, nec fuit appellatum, licèt lata ſub condi-
tione, *c. Romana*, §. *caveant*, *de appell. lib.* 6.
Verumtamen ejus opinio reprobatur ab Ægidio de Sooſa,
ut per Pavin. *de off. & poteſt. c. ſede vacan. q.* 6. 1. *part.*
princ. n. 10.
Confirmantur prædicta in caſu præſenti, quia Capitulum
prohibuit aſportationem ſine ſua licentia : ſed hanc licentiam
non poteſt Capitulum concedere aſſumpto Epiſcopo : ergò
ejus mens fuit ligare tantum per tempus, quoad eum per-
tinebat licentiam concedere ; & ſic aſſumpto Epiſcopo in-
terdictum non ligat ex defectu voluntatis interdicentis ſe-
cundum ea, quæ dicta ſunt ſupra *n.* 8. *&* 12.

23 *Statutum generaliter loquens, data illius ſcientia, ligat etiam forenſem in loco ſtatuti delinquentem & n. ſeqq.*
34 *Forum quis ſortitur ratione delicti.*
Et pluribus aliis modis, & num. 26.
25 *Indulgentia conceſſa ab Epiſcopo non prodeſt non ſubditis & num. ſeq.*
27 *Archiepiſcopus non poteſt deputari Officiales in Diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum pro appellationibus ad eum interponendis.*
28 *Statutum & ſententia in quo differant, & nu. 51. & ſeqq. uſque in fin.*
29 *Statutum eſt quædam lex quæ ſemper loquitur, & niſi expreſſè revocetur, ſemper durat & n. 44. & 51.*
30 *Habet tractum ſucceſſivum & incipit ligare tempore patrati delicti & n. 51. & n. ſeqq.*
31 *Statutum Epiſcopi excommunicans ludentes ad Azardum in ſua Diœceſi, an liget Metropolitanum hic ludentem.*
32 *Statutum puniens factum à jure damnatum ligat forenſes etiam data ignorantia.*
Contrarium, num. 36.
Sed primùm veriùs, num. 37.
Niſi quoad pœnam excommunicationis, n. 38.
33 *Statutum puniens factum non damnatum à jure non ligat ignorantes & num. 35.*
Niſi ignorantia ſit craſſa vel ſupina, num. 34.
39 *Excommunicatio regulariter non ligat niſi ex contemptu.*
40 *Ignorans non dicitur contemnere.*
41 *Forenſis an in dubio præſumatur ignorare pœnam ſtatuti.*
42 *Statutum Patriarchæ excommunicans Archiepiſcopos ſuffraganeos in ſua Provincia delinquentes valet.*
43 *Statutum Archiepiſcopi imponens pœnam excommunicationis Archiepiſcopis, qui in provincia ſua fecerint ante ſe Crucem ferri an valeat.*
44 *Statutum durat etiam poſt mortem vel receſſum ſtatuentis & num. 51. & ſeq. uſque ad num. 57.*
45 *Capitulum, ſede vacante, an poſſit præcipere Sacriſtæ ſub pœna ſuſpenſionis, ne aſportet ſacram ſupellectilem extra Eccleſiam abſque Capituli licentia & n. ſeq.*
46 *An hoc præceptum expiret per ingreſſum Epiſcopi & n. 50. & ſeq. uſque in finem.*
47 *In Capitulum, ſede vacante, tranſit omnis juriſdictio, & ſic etiam poteſtas ſuſpendendi.*
48 *Vicario, ſede vacante, per Capitulum conſtituto non abdicatur juriſdictio ab ipſo Capitulo.*
49 *Nec in eum tranſeunt quæ requirunt ſpeciale mandatum.*
50 *Licentia vel præceptum an expiret morte concedentis vel præcipientis.*
51 *Statutum Capituli, ſede vacante, etiamſi imponat pœnam pro futuro delicto, non expirat ſede plena.*
52 *Præceptum per modum ſententiæ, vel interdicti expirat per mortem præcipientis.*
53 *Sententia ſimpliciter lata non durat poſt obitum, vel remotionem proferentis, niſi ſucceſſor eam confirmet, & ratam habeat & n. ſeqq. uſque in fin.*
54 *Sed ſi lata ſit ſub conditione, expirat per mortem proferentis ante conditionis implementum & n. 59. & 61.*
55 *Sententia excommunicationis à Delegato prolata in contradictores expirat mortuo vel revocato Delegato.*
56 *Sententia, quæ tempore proferentis injecit vinculum, durat ultra tempus proferentis.*
57 *Excommunicatus per Epiſcopum, remanet excommunicatus etiam poſt mortem Epiſcopi.*
58 *Sententis reſpectu proceſſus, vel effectus producendi in futurum, tollitur per remotionem proferentis.*
60 *Interdictum magiſtratus ne quis exerceat certam artem, expirat ipſo facto finito magiſtratu.*

1 ANobis, *il primo*. Generalis excommunicatio non li-
gat niſi ſubditos proferentis. Hoc dicit ſecundum
Joan. Andr. & omnes : & ſunt duæ partes. In prima ponitur
quæſtio. In ſecunda ſolutio, hic, *ad quod*.
2 Nota ex textu hic, *nonniſi ſubditi obligantur* : juncto
themate quæſtionis : verba generalia ſtatuentis, vel ſenten-
tiam proferentis reſtringi ad limites poteſtatis ſuæ, ita ut
quamvis ex propria ſignificatione ſint apta comprehendere
etiam non ſubditos, tamen ob defectum poteſtatis reſtrin-
guntur, ut non comprehendant niſi ſubjectos, ut hic eſt
caſus apertus : Nam quæſtio proponitur, de ſententia ex-
communicationis prolata per hæc verba generalia : Quiſquis
furtum fecerit excommunicatus ſit, & Papa determinat hac
ſententia non niſi ſubditos obligari : & ita hic notat Card.
n. 1. verſ. Ex *quo nota*, Ancharan. *in 5. notab.* Abb. *n.*
4. & Marian. Socin. *in 3. notab.* & concordat Butr. *n. 2.*
& 3. qui ex textu colligit tria pulchra notabilia idem im-
portantia. Primum ſcilicet, generalis diſpoſitio commenſu-
ratur agentis poteſtati. Secundum, verborum larga prolatio
3 commenſuratur organizantis potentiæ. Tertium, exercitium
non excedit metas habitus, à quo, ut à cauſa, dependent
4 exercitii vires. Quod ſecundum Abb. & Marian. Socin.
5 multum confert ad intellectum ſtatutorum generaliter lo-
quentium, ut non extendantur ad non ſubditos ; undè ſta-
6 tutum laïcorum puniens declinantes juriſdictionem poteſtatis
7 non extenditur ad Clericos : de quo vide pleniùs per eundem
Marian. Socin. in *c. Si Clericus laïcum n.* 10. *de foro com-
peten.* & idem dicendum ſecundum Abb. *hic n.* 5. & Marian.
Socin. *n.* 7. in ſtatuto laïcorum prohibente alienationem bo-
norum ſtabilium in non ſubditos, quia ad Clericos non ex-
tenditur ob generale privilegium, quod habent in acquiren-
do, de quo in *c. fin. de immun. Eccleſiaſt. lib.* 6. & ita in
hac ſpecie hic determinat Joan. Andr. *n.* 4. *verſ. Cum ta-
men de Eccleſia*, cum quo concordant *hic* Ancharan. *n.* 1.
q. 1. *verſ. Quæro*, poſt Joan. Andr. Geminian. *n.* 3. *verſ.
Sed pone*, & Franc. *n.* 2. *verſ. Et ultra etiam*, & alii plu-
rimi, quos cumulavi *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, n.* 2. *ſu-
pra de Conſtit.* ubi plenè videas.
8 In gloſſa ſecunda pro declaratione materiæ quæro, an ſub-
ditus delinquens extra territorium ſtatuentis incidat in pœ-
nam excommunicationis à ſtatuto impoſitam.
Innocentius *hic in princ.* diſtinguit an ſententia excom-
municationis proferatur per hæc verba : *quiſquis in Diœceſi
mea furtum fecerit, excommunicatus ſit.* In primo caſu de-
linquens extra Diœceſim non ligatur ex defectu voluntatis
ſtatuentis, quia verba ſententiæ ſunt reſtricta ad delinquen-
tes in Diœceſi, & hoc planum. An verò indeterminatè
juxta verba Decretalis, videlicet, *quiſquis furtum fecerit
ſit excommunicatus.* In ſecundo autem caſu putat In-
nocentius ſubditum ſtatuentis ligari, etiam ſi delinquat
in alia Diœceſi vel territorio. Sed hoc ſecundum mem-
brum eſt extra textum *in c. Ut animarum, de Conſtitution.
lib.* 6. Bartol. verò aliter diſtinguit *in l. Cunctos populos,
in 8. q. n.* 45. *verſ. Aliquando civis delinquit, & n.* 47.
C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. videlicet quod aut ſta-
tuens expreſſit ſe velle ligare etiam delinquentes extra ter-
ritorium, veluti ſi dicat : quicumque commiſerit furtum
ubivis locorum, ſit excommunicatus, & hoc caſu ligantur
ſubditi etiamſi extra territorium delinquant. Aut verba ſta-
tuti ſunt generalia, & tunc reſtringuntur ad territorium
ſtatuentis ; & Bartoli diſtinctionem ſequitur Marian. Socin.
in conſ. 302. *Videbatur, n.* 1. *lib.* 1. ſed Bartoli diſtinc-
tionem reprobat Angel. *in l. fin. n.* 8. *verſ. Sed valde miror
de dicta diſtinctione, ff. de juriſd. omn. jud.* & in ſua diſ-
putatione incip. *Bononienſis à ſua civitate bannitus, in* 1.
dubio. ſimiliter Abbas *hic n.* 11. his diſtinctionibus rejectis
dicit verius eſſe, ut nullo caſu delinquentes extra territo-
rium afficiantur pœnâ ſtatuti per rationem *l. finalis, ff. de
juriſd. omn. jud. & d. c. Ut animarum* : quia extra terri-
torium jus dicenti impunè non paretur, & quia ſtatutum
propriè eſt lex territorii, *l. Omnes populi ff. de juſt. & jur.*
undè non poteſt extra limites territorii vires ſuas extendere, 9
aliàs hic legem dicere videretur, de quo pleniùs idem Abb.
differit, *in c.* 2. *de foro competenti*, eandem opinionem plu-
ribus tuetur Federic. de Senis *in conſ.* 16. *Capitulum Ec-
cleſiæ n.* 10. *verſ. Quidam verò ſcriptor*, ubi latè firmat
ſtatutum Epiſcopi excommunicans malefactorem non porri-
gere vires contra ſubditum delinquentem extra Diœceſim
ſtatuentis, Fulgoſ. *conſ.* 156. *Viſis themate, in princ.* &
hanc latè tuetur Alexand. *conſ.* 111. *Ponderatis verbis, in
princ. & per tot.* ubi *col.* 3. *in fin.* dicit communem *lib.* 1.
Et ex hoc etiam textu cùm in Sac. Congregatione rerum 10
conſiſtorialium propoſitum fuerit dubium an conſtitutio ſi-
nodalis in Regno Poloniæ edita, quâ cautum eſt ne ejectis
vel dimiſſis è Societate Jeſu ad Cathedralium Eccleſiarum
Prælaturas, & Canonicatus ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ
gratia aditus pateat : obſtet quominùs Joannes Rakoviski è
dicta Societate jam pridem dimiſſus, nunc ad ſuffraganea-
tum culmen. cujus præconium in ipſius perſona jam fuit
factum, promoveri poſſit : Die prima Aprilis 1652. reſolu- 11
tum fuit non obſtare, quia aut conſideramus titulum Epiſ-
copatûs in partibus infidelium, ad quem ſic dimiſſus debet
aſſumi pro exercitio Pontificalium, aut conſideramus ipſum
ſuffraganeatum Eccleſiæ Culmen. Si primum, Conſtitutio
non obſtat, quia non porrigit vires ſuas extra territorium 12
ſtatuentium, ut *hic, & in c. Animarum, de Conſtitutionib.
lib. 6. & in l. fin. ff. de juriſd. omn. jud.* & dictum eſt
ſupra *n.* 8. Sed Epiſcopatus Titulares ſunt in partibus in-
fidelium, & ſic extra provinciam, & territorium ſtatuen-
tium : ergò Conſtitutio hujuſmodi Epiſcopatus non porrigi-
tur, cùm præſertim illius verba ſint generalia, nec ſpecificè
loquantur de Prælaturis extra provinciam ; undè etiam ex
veriſimili mente ſtatuentium reſtringi debent ad Prælaturas
provinciæ, juxta ſecundum membrum diſtinctionis, Bartol.
in l. Cunctos populos in 8. q. n. 47. C. de Summa Trinit.
quem ſequuntur hic Bald. & Salic. Joan. de Lignan. &
Abb. *in c.* 1. *ſupra de raptor.* & alii apud Marian. Socin.
de conſ. 302. *n.* 1. *lib.* 1. & quemadmodum ſi ſubditus ſta-
tuentis delinquat extra territorium, non ligatur pœna ſta-
tuti, ut ex communi oſtenſum eſt ſupra *n.* 8. *&* 9. Simili

modo ſubditus non ligatur ſtatuto, ſi contra illius prohi-
bitionem extra territorium Prælaturam accipiat, idque tum
ex defectu intentionis, quia, ut prædixi, verba ſunt ge-
neralia, tum ex defectu poteſtatis, ad cujus limites verba
ſtatutorum ſemper reſtringuntur, ut eſt caſus expreſſus in
hac Decretali ſecundum ea quæ dicta ſunt ſupra in *ult.*
13 *notab.* Et in ſpecie ſtatuta Sinodi provincialis non habere
vim obligandi extra provinciam, probant jura *in c.* 1. 5.
q. 2. *in c. Decernimus* 3. *q.* 9. & ſcripſi *in c. Canonum ſta-
tuta n.* 14. *ſupra de Conſtit.*
14 Rurſus proviſiones Epiſcopatuum titularium clero, & po-
pulo carentium ſunt ad liberam proviſionem Romani Pon-
tificis, ut eſt text. in Clemen. *in plerique, de electíon.* &
conſequenter non eſt in poteſtate Sinodi provincialis quem-
quam excludere ab hujuſmodi Epiſcopatibus novam inhabi-
litatem inducendo, quia ſic per indirectum reſtringeret po-
teſtatem Papæ contra textum in *cap. Inferior,* 21. *diſt.* &
Clemen. *Ne Romani, in princ de elect. cum concordantibus,*
ut pulchrè per Joan. Andr. *in c. Cui licet, n.* 3. *de reg. jur.
lib.* 6. *in Mercurial.*
15 Quamquam enim ex decretis de apoſtatis & ejectis, §.
16 *item ut ejecti*, ſtatutum ſit, ut ejecti extra Religionem
degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, ſu-
blata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem re-
laxandi aut moderandi ; tamen hæc decreta non afficiunt
Religioſos qui vota ſubſtantialia ſimplicia in Societate Jeſu
emiſerunt, ut aliàs cenſuit Sacra Congregatio Concilii, ta-
17 les enim poſſunt à Præpoſito generali rejici ſeu dimitti è
Societate & à votis liberari ex rationabili cauſa, ut in Conſ-
titutione Gregorii XIII. *Quanto fructuoſiùs*, & ſic dimiſſi
non ſunt apoſtatæ & remanent liberi ab omni obligatione
prædictorum votorum, ut in Conſtitutione 10. Gregorii
XIV. *Eccleſiæ Catholicæ* ; quamobrem Conſtitutio ſinodalis
injicit ſic dimiſſis novam inhabilitatem ; Ideòque verba ip-
ſius Conſtitutionis utcumque generalia ad Epiſcopatus ti-
tulares non extenduntur ex utroque defectu poteſtatis &
18 voluntatis, juxta text. hìc. Et quemadmodum ſtatuta laico-
rum quantumvis generalia non extenduntur ad Eccleſias &
perſonas Eccleſiaſticas quæ ſunt omninò extra poteſtatem
ſtatuentium, ut declarat Antonius de Butr. *in c. Eccleſia
Sanctæ Mariæ propè fin. verſ Unum tamen adverte*, & hic
dixi *num.* 2. *ſuprà, de Conſtitution* & patet ex dictis ſuprà
num. 6. *&* 7. Ita nec Conſtitutio hæc ſinodalis extenditur
ad Prælaturas, ſeu dignitates Epiſcopales quæ ſunt extra
omnem poteſtatem ipſorum ſtatuentium, cum utroque caſu
ſit defectus in juriſdictione, à qua poteſtas ſtatuendi de-
pendet, ut notat Bartol. *in l. Omnes populi in* 1. *quæſt. in
princ. ff. de juſt. & jur.* Abb. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ
num.* 10. & hìc etiam Decius *num.* 8. *de Conſtitut.* Præ-
tereà dum Conſtitutio ſinodalis excludit dimiſſos è Societate
Jeſu à Prælaturis Cathedralium Eccleſiarum non debet in-
telligi de ipſis Cathedralibus, arg. *c. fin. ſuprà de præben.*
ſed debet intelligi de dignitatibus in Cathedralibus, puta
Præpoſituris & Archidiaconatibus quæ appellantur Prælaturæ
tam ex conſuetudine Regni Poloniæ, quàm de jure com-
muni, ut eſt text. *in c.* 1. *de ætat. & qualit.* & hìc dixi
in 4. *notab.* poſt Hoſt. & Joan. Andr. *num.* 3. *in verb.
Prælationes*, & Butr. *in ultim. notab.* Non obſtat quod dum
19 Conſtitutio inhabilitat ad Prælaturas inferiores, multò for-
tiùs videatur inhabilitare ad Prælaturas & dignitates ſupe-
riores quales ſunt Epiſcopatus per text. *in l. Relegatorum
§. Solet, ff. de interdictis & relegatis*, hic ; *Si tamen ut
ſi cui honore uno interdictum ſit, non tantùm eum honorem
petere non poſſit, verum nec eos quoque, qui eo honore majo-
res ſunt* : eſt enim per quam ridiculum eum qui minoribus
pœnæ cauſa prohibitus, ad majores aſpirare, quoniam reſ-
pondetur non eſſe licitum arguere à minori ad majus ubi
20 eſt defectus in poteſtate & in radice juriſdictionis, quia
majoritas rationis & cauſa graviſſima defectum poteſtatis
non ſupplet, ut notat Bald. *in l. Cunctos populos, n.* 55.
verſ. *Iſta ratio non valet, C. de Summa Trin. & fide Cathol.*
Butr. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, n.* 20. & hic etiam Felin.
n. 39. verſ. *Dicuntur juſtæ de Conſtit.* & fuſiùs dixi *in c.
Quæ in Eccleſiarum n.* 44. *eod. tit.* neque obſtat quòd d.
Conſtitutio Sinodalis fuerit confirmata à Sede Apoſtolica,
quia confirmatio dat robur actui confirmato, ſed illum non
extendit, l. *Aurelius*, §. *Teſtamentum, ff. de liberat. legat.*
Bald. in l. 1. *in fin. C. ſi adverſ. rem judic.* Paul. de Caſtro *in
conſ.* 187. *Notandum in princ. lib.* 2. Rota *dec.* 301. *n.* 1. *par.*
1. *recent.* & aliàs paſſim.
Si verò conſideramus Suffraganeatum, ſimiliter dicta Conſ-
21 titutio non obſtat, quia Suffraganeatus non eſt Prælatura nec
titulus, ſed officium, ut ex ſententia Sacræ Congregationis
Concilii dixi *in c. Epiſcopalem n.* 55. *de privil. & in c. Ad
hæc n.* 34. *de præb.* nec Suffraganeus intrat Capitulum, ſed
tantùm exercet ea quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis : undè cùm
Suffraganeatui non adaptentur verba Conſtitutionis quæ de
Prælaturis & Canonicatibus loquitur ; conſequenter nec illius
diſpoſitio adaptari debet, l. 4. §. *Toties, ff. de damno infecto
cum ſimil.*
Secundò quæro, an ſtatutum imponens certam pœnam : puta 22
excommunicationis, liget forenſem delinquentem in territorio
ſtatuentis.
Hæc quæſtio eſt ſatis involuta, ſed pro faciliori ſolutione 23
conſtituenda ſunt duo membra principalia.
Primum eſt, quandò ſtatutum generaliter loquitur : ita ut
ſit aptum comprehendere non ſolùm ſubditos, ſed etiam non
ſubditos, ut ſi dicat : quiſquis furtum fecerit in territorio
meo ſit excommunicatus. Et in hoc primo membro duo caſus
ſunt diſtinguendi, nam aut forenſis delinquens in territorio
ſtatuentis habet ſcientiam ſtatuti aut illud ignorat. In primo
caſu, id eſt datâ ſcientiâ ſtatuti, extra dubium eſt foren-
ſem ligari, quia forum ſortitur ratione delicti, *capit. ultim. de
foro competent. capit. Tuarum de privileg.* Authen. *Qua in* 24
Provincia, C. Ubi de crim. agi opor. cum concord. de quibus
hìc in gloſſ. 2. *in princ.* & forum ſortiri & ſtatutis ligari à pari
procedunt, *c. Ut animarum de Conſtit lib.* 6. Archid. *in c.
Quo jure n.* 16. 8. *diſt.* Butr. poſt Innoc. *in rubr. de conſuet.
n.* 7. verſ. *Nam regulam habetis.* Seraph. *dec.* 118. *n.* 6. &
ita in hoc primo membro determinat gloſſa 2. hic, Hoſt. *ante
num. primum*, verſ. *ſi verò non ſubditus*, Henr. Boich. *n.* 15.
verſ. *aut ſcientes.* Butr. *n.* 19. Card. *n.* 2. *poſt med.* verſ. *Dic
ergò* Anchar. *n.* 7. verſ. *Quandoque non ſubditus*, Abb. *n.* 7.
verſ. *Conclude.* Felin. *n.* 4. verſ. *Circa primam quæſtionem*,
ubi alios refert & Mar. Soc. *num.* 13. dicens poſt Abbatem
num. 6, hanc eſſe communem opinionem Legiſtarum in l. 1.
C. de Summa Trinitate & fide Catholica, Calder. *in c.* 1.
in 9. *col.* verſ. *Quintò quæro, ſuprà de raptor.* & nullus
diſcrepat.
Sed objicies. Indulgentia conceſſa ab Epiſcopo non prodeſt 25
in non ſubditis, ut eſt caſus *in c. Quod autem, ſuprà de pœ-
nit. & remiſſ.* & tamen eſt favorabilis : ergò & longè minùs
debet eis obeſſe pœna ſtatuto Epiſcopi impoſita, quæ odioſa
eſt, argum. l. *Cùm quidam, ff. de liber. & poſth. & c. Odia
de reg. jur. lib.* 6. at reſpondetur cum Hoſt. hic *n.* 3. & Henr.
Boich. *n.* 15. verſ. *Nec obſtat*, hæc fieri propter ſalutem ani-
marum : idcircò enim indulgentia non prodeſt non ſubditis,
ne pœnitentiæ enerventur, quod expedit animabus, *c. Cùm
ex eo*, §. *Ad hæc, ſuprà de pœnit. & remiſſ.* Sed pœna ſtatuti
afficit non ſubditos, ut medicina percepta de delicto quod
commiſerunt, citiùs pœnitentiam agant : quod ſimiliter ex-
pedit animabus, ut legitur & notatur *in c. Cùm medicinalis,
infra eodem, lib.* 6. Quarè ut inquit Hoſt. *d. n.* 30. hanc
pœnam dilatamus, quia ipſam non odioſam, ſed favorabilem
judicamus, ut patet in eo quod legitur & notatur *in c. ſi quem
infra eodem*, vel dic forenſem ligari pœnâ ſtatuti, quia ratione
delicti ſortitur forum in territorio ſtatuentis : & ſic de non
ſubdito efficitur ſubditus, ut in juribus ſuprà citatis *n.* 24. ſed
ratione indulgentiæ non efficitur ſubditus, cùm hoc non re-
periatur jure cautum, nam ſubditus quis dicitur tantummodò
vel ratione domicilii, vel ratione originis, vel ratione delicti 26
vel contractûs aut rei ſitæ, ut *in c. Volentes de privil. lib.* 6.
& in cap Nullus de tempor. Ordinat. eod. lib. & hic notat
Henr Boich. *n.* 15. verſ *aut quæris* ; & quia à non ſuo judice
nullus ligari poteſt vel abſolvi : meritò non ſubditis indul-
gentiæ non ſuffragantur, ut dicitur in prædicta Decretali *Quod
autem.*
Sed urgebis : tempère quo fit ſtatutum, ſtatuens non habet 27
juriſdictionem in actu in non ſubditos, undè cùm ſtatutum
aſſumat vires tempore promulgationis, non eſt potens ad com-
prehendendum non ſubditos, cùm antequam veniat caſus
juriſdictionem tribuens, id eſt paratum delictum in loco
ſtatuti nequeat ſtatuens ſuam juriſdictionem actualiter exer-
cere, argum. *c.* 1. *de offic. Ordin. lib.* 6. ubi deciditur Archi-
epiſcopum non poſſe deputare Officiales in Diœceſibus ſuorum
Suffraganeorum pro appellationibus ad eum interponendis,
quia ex quo appellationes non ſunt interpoſitæ, juriſdictionem
actu exercere non debet. Verùm reſpondetur objectum non 28
obtinere in ſtatuto, ſed in ſententia quæ regulariter jus præ-
ſens reſpicit ; & ſuper certis præteritis vel præſentibus benè
rimatis eſt tantùm ferenda, non autem ſuper futuris, ut §.
Curare, Inſtit. de act. & c. Judicantem 30. *q.* 5. at ſecùs eſt
in ſtatuto, quia fertur ſuper futuris & ſic incertis, ut *cap.*
Cognoſcentes & c. fin. ſuprà de Conſtit. cùm enim ſtatutum 29
ſit quædam lex quæ ſemper loquitur, l. *Arianus, C. de hæret.
& Manich.* niſi expreſſè revocetur, ſemper durat, *c. fin.
ſuprà de offic. Deleg.* & ſic cùm habeat tractum ſucceſſivum,
injicit vinculum tempore delicti. Et hanc rationem differentiæ
inter ſententiam & ſtatutum aſſignat Joan. Andr. & Card. 30
in c. Sacro, §. *Caveant* ſuper verb. *profuturis infra eodem*,
Guillelm. de Monte Laudun. & Gemin. *in c.* 1. ſuper verb.
A ſententiis de privil. lib. 6. quos hic refert & ſequitur Henr.
Boich. *n.* 5. ubi etiam *n.* 6. *&* 7. ponit alias octo differentias
inter ſtatutum & ſententiam quoad pœnam excommunicationis

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS

Idem Clemens III.

CAPUT XXIII.

PErpendimus ex litteris tuis, quòd quidam ſacerdos pro eo, quòd ſe filium regis falsò nominare præſumpſit, & armis acceptis ſeditionem fecit & guerram, à B. comite juſſus eſt fuſtigari: qui poſtea ejus mandato traditus patibulo expiravit: & infra. Fraternitati tuæ duximus reſpondendum, quòd ſi memoratus ſacerdos tali modo exceſſit, & non propulſando, ſed inferendo injuriam fuit occiſus: non videtur nobis quòd interfectores ejus propter hoc ad obtinendam abſolutionem, Apoſtolicam ſedem adire cogantur. Tu verò qui merita perſonarum benè noſti, pœnitentiam eis competentem injungas.

SUMMARIUM.

1 *EXcommunicati ob violentam manuum injectionem in Clericum non tenentur in multis caſibus adire Sedem Apoſtolicam.*

2 *Clericus dimiſſo habitu ſe enormitatibus ingerere perdit privilegium Canonis & n. 13.*
Sed non privilegium fori n. 4. 5. 8. & 7.
Et quid poſt Concilium Tridentinum n. 15.

3 *Percutiens, ſeu interficiens Clericum, qui dimiſſo habitu ſævis enormitatibus ſe immiſcuit, non eſt excommunicatus & n. 13.*

4 *Clericus, qui dimiſſo habitu ingreditur bellum vel aggreſſiones, captus, debet reſtitui Eccleſiaſtico judici.*

5 *Clericus, qui dimiſſo habitu, & tonſura commiſcet ſe enormitatibus, poteſt puniri per judicem ſæcularem, licet non fuerit ter monitus, ſecundum unam opinionem & num. 6.*

7 *Saltem ſi in enormitatibus diù perſeveravit, ſecundum aliam opinionem.*

8 *Contrarium.*

9 *Privilegium Canonis quo jure interdictum fuerit.*
Facilius perditur, quàm privilegium fori ibid.
Et quid poſt Concilium Tridentinum n. 16.

10 *Extenſio de caſu ad caſum fieri non debet, etiam ex majoritate rationis ubicumque poteſtas conceditur laïcis ſuper juribus & perſonis Eccleſiaſticis.*

11 *De privilegio clericali ſecundum Canones eſt judicandum, nec ſuper his ſtandum eſt legibus, vel ſtatutis vel conſuetudinibus laïcorum.*

12 *Clerici, qui dimiſſo habitu, & tonſura ingerunt ſe enormitatibus, an, & quando perdant privilegium clericale & n. ſeqq. uſque in finem.*

13 *Quid de privilegio Canonis.*
Et quid de privilegio fori n. 15. & 16.

14 *Clerici habitum Clericalem dimittentes ex vanitate, vel negligentia non perdunt privilegium Canonis ante trinam monitionem: ſecùs ſi ex iniquitate vel malitia.*

PErpendimus. Difficilis eſt hæc Decretalis quoad caſûs poſitionem; ſed difficillima & maximè intricata in materia quoad conciliationem & extricationem jurium, quæ illi contradicere videntur, ut inquit Cardinalis Zabarella in ſua ſolemni repetitione in principio.

1 Ad faciliorem intelligentiam præmitte Canonem, *ſi quis ſuadente*, 17. *quæſt.* 4. continere duas regulas. Prima eſt, quod injiciens manus violentas in Clericum excommunicatus eſt. Secunda, quod pro abſolutione obtinenda tenetur Sedem Apoſtolicam adire; & quamvis hæ duæ regulæ ita ſe habeant ad invicem, ut una veniat in conſequentiam alterius: hoc tamen non eſt perpetuum, quia multi excipiuntur caſus, in quibus percuſſores Clericorum ſunt excommunicati & tamen non ſunt mittendi ad Curiam pro abſolutione, ut *cap. Mulieres*, *cap. De cætero*, *ſupra eod.* & *cap. Cum illorum*, *cap. Quamvis*, ubi complures caſus exprimuntur & *cap. ultim. infra eod.* undè non ſequitur perneceſſe. Percutiens Clericum eſt excommunicatus: ergò eſt cogendus adire Sedem Apoſtolicam. Sicut non ſequitur; Non eſt cogendus adire Sedem Apoſtolicam, ergò excommunicatus non eſt, cùm multi incidant in hujuſmodi excommunicationem, qui tamen ad Curiam non ſint mittendi, ut in præcitatis juribus, & in aliis concordantibus.

Hoc præmiſſo, cùm in hoc cap. dicatur interfectores iſtius Sacerdotis non eſſe cogendos ire ad Curiam pro abſolutione: hinc emerſerunt duo principales intellectus ad hanc Decretalem. Primus eſt, quod iſte Sacerdos gaudebat privilegio Clericali & ideò illius interfectores inciderent in excommunicationem; quæ eſt prima regula prædicti Canonis, *Si quis ſuadente*; ſed tamen in odium dicti Sacerdotis, qui dimiſſo habitu ſeditionem fecerat, relevabantur ab onere adeundi Sedem Apoſtolicam, quæ eſt ſecunda regula ejuſdem Canonis & juxta hanc lecturam Cardinalis & Marian. Socin. ſummant ſic: Percutiens Clericum, qui habitu Clericali dimiſſo ſævis enormitatibus ſe immiſcuit, pro abſolutione ab excommunicatione, quam incurrit, non eſt ad Sedem Apoſtolicam mittendus. Hoc dicit & ſecundum hunc intellectum, quem Joan. Andr. *hic num.* 3. dicit eſſe ſatis amicum litteræ, Abbas Anticuus ſic ponebat caſum; non eſt mittendus ad Curiam interfector Clerici in ſeditione occiſi, & Abbas Siculus: percutiens, vel interficiens Clericum ſe dimiſſo habitu Clericali ſævis enormitatibus immiſcentem non tenetur ire pro abſolutione ad Sedem Apoſtolicam, licèt iſti caſus utriuſque Abbatis ſint generales ad utramque lecturam, ut mox patebit.

2 Secundus intellectus eſt, quod iſte Sacerdos non gaudebat privilegio Clericali & illius interfectores propterea non tenebantur ire ad curiam pro abſolutione, quia non erant excommunicati; & ſecundum hanc lecturam Decretalis communiter ſic ſummatur: Clericus dimiſſo habitu ſe enormitatibus ingerens perdit privilegium clericale, ſcilicet Canonis. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. & Felin. vel aliter ſecundum Marian. Socin.

3 Percutiens, ſeu interficiens Clericum, qui dimiſſo habitu ſævis enormitatibus ſe immiſcuit, non eſt exommunicatus. Loquitur ergò hæc Decretalis de Privilegio Canonis & ſic facit ad titulum, non autem de privilegio fori, quod non
4 amittit Clericus, qui dimiſſo habitu & tonſura ſe immiſcet enormitatibus ante trinam monitionem, ut *cap. Contingit*, *il ſecondo* & ibi dixi *num.* 6. & *num.* 9. *infra eod.* & hunc intellectum amplectitur hìc Joan. Andr. *num.* 5.

5 dicens. Si Clericus ſumptis armis & dimiſſo habitu ingreditur bellum, vel aggreſſiones, quoad illos, qui tunc eum percutiunt, perdit privilegium, ſed non quoad forum; undè tunc captus debet reſtitui Eccleſiaſtico judici; & eumdem intellectum dicit eſſe veriorem & magis communem Alex. *in conſ.* 8. *Videtur ſuper* 1. *n.* 3. *lib.* 1. & ſecundum hoc conſ. Alexan. millies, imò ſemper fuiſſe judicatum per Curiam & Conſilia Neapolitana, atteſtatur Grammaticus *ſuper Conſtitutionibus Regni ſol.* 29. *col.* 1. *verſ. Decimo utique.*

6 Non diffiteor tamen multos intelligere hoc cap. etiam in privilegio fori, adeò ut clericus, qui dimiſſo habitu, & tonſura immiſcuit ſe enormitatibus, puniendus ſit per judicem ſæcularem, etiamſi non fuerit ter monitus à Prælato ſuo; & hanc opinionem tanquam magis communem pluries ſervatam fuiſſe atteſtantur Boër. *dec.* 69. *n.* 16. & *ſeq.* & Guillelm. de Benedict. *in* 2. *part. repet. c.* Raynutius, *fol.* 81. *n.* 149. & *ſeq.* ſecundum quam etiam deciſum fuit per Parlamentum Tholoſanum teſte Guido Pap. *deciſ.* 138. *In Camera Conſilii*, quos refert, & ſequitur Julius Clarus *in practic. crim.* §. *fin. q.* 36. *verſ. Quæro modo*, concludens ſecundum magis communes deciſiones, & conſuetudine approbatas; Clericum ſive in ſacris, ſive in minoribus conſtitutum, qui dimiſſo habitu clericali aliquod enorme delictum committit etiam nulla monitione præcedente amittere privilegium fori, & poſſe à judice laïco puniri, & putat ab hac opinione non eſſe conſulendo, aut judicando recedendum.

7 Alii verò eandem opinionem ſequuntur in eo tantùm caſu in quo tales Clerici in enormitatibus diù perſeverant & deprehenduntur in illis: ita Hoſt. hic *ante n.* 1. in verbo *Non propulſando*, ubi ait ſpeciale eſſe in illis Clericis qui non ex vanitate vel negligentia, ſed ex iniquitate & malitia habitum Clericalem dimittunt; & contra Deum & juſtitiam & honeſtatem Cleri inverecundè tirannidi & enormitati ſcelerum ſe immiſcent & deprehenduntur, ut ipſo facto privilegium abjiciant Clericale, ut hìc & *in c. cùm non ab homine*, §. *In articulo ſupra eodem* & *in c.* 2. *Ne Cler. vel Monach.* & hanc opinionem tanquam magis communem obſervari & ſuo tempore obſervatam fuiſſe affirmat Stephanus Aufrer. in tractatu *de poteſt. ſæcular. ſuper Eccleſ. & perſon. Eccleſ. in* 1. *reg. n.* 27. *tom.* 14. *Tractatuum*, *fol.* 392. quem refert Covar. *pract. quæſt.* 32. *poſt numerum* 2. verſ. *Tertiò hìc erit*, ſubdens ſe credere eam moribus receptam in Clericis primæ tonſuræ, ſed & Caſſaneus *ſuper Conſuetudine Burgundiæ*, *fol.* 50. *numero* 55. ait ſe vidiſſe hanc opinionem communiter ſervari.

8 Sed certè hæc opinio non probatur in hoc cap. quia loquitur de privilegio Canonis ſecundum magis communem intellectum cui multùm applaudit littera, dum dicit interfectores dicti Sacerdotis non eſſe cogendos Apoſtolicam Sedem adire pro abſolutione obtinenda: quæ incurritur ex dicto Canone *ſi quis ſuadente*, quàm illa quæ incurritur propter violatum privilegium fori, *per cap. fin. de immun. Eccleſ. lib.* 6. nec refragatur quòd iſte Comes violaverit etiam fori privilegium ex quo de ipſius mandato Sacerdos fuit fuſtigatus & patibulo traditus; & tamen tenendo ſecundam lecturam non incidit in excommunicationem, nam reſpondetur Comitem hæc mandaſſe uti perſonam privatam; & ita communiter intelligitur hoc capitulum, ut inquit Card. *hìc n.* 5. *in prima oppoſit.* & *n.* 8. *in* 3. *oppoſit.* Nec repugnant verba illa textûs *d. B. Comite juſſus eſt fuſtigari qui poſteà de ejus mandato traditus patibulo expiravit*, quia poſſunt congruere etiam privato quidquid contra ſenſerit Alex. de Nævo; & ideò textus nos appellat interfectores: quod verbum propriè convenit privatis perſonis; & interfectores vocat non ſolùm eos qui Presbiterum duxerunt ad patibulum, ſed etiam Comitem qui hæc fieri mandavit, ut inquit Hoſtienſis. hìc *ante numerum* 1. in verbo *Interfectores*: undè Comes non fuit excommunicatus ut violator privilegii Canonis, quia hoc privilegium Sacerdos amiſerat dimittendo habitum & ſævis ſe immiſcendo.

9 Ratio autem cur faciliùs amittatur privilegium Canonis quàm fori eſt, quia privilegium Canonis eſt inductum ex conſuetudine Eccleſiæ, nempè ex Decreto Innocentii II. edito in Concilio Lateranenſi II. *c.* 15. licèt aliud videatur innuere Concilium Triburienſe, *c.* 20. ut dixi *in c. cùm contingat*, *n.* 81. *de ætat. & qual.* At privilegium fori eſt de jure Divino, *c. ſi Imperator* 99. *diſt.* & Conſtitutiones eximentes Clericos à ſæculari poteſtate non continent jus novum, ſed ſunt juris Divini declarationes, ut hìc ait gloſſa penultima; & nos fusè probavimus *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ*, *num.* 10. *de Conſtitut.*

Non obſtat *cap. Cùm non ab homine*, §. *In articulo ſupra eodem* & *cap.* 1. *de Apoſtat.* quia loquuntur expreſſè de privilegio Canonis, nec debent extendi ad privilegium fori, quod difficiliùs perditur, ut prædiximus.

Item non obſtat *c. Ex parte*, *il terzo de privil.* quia hìc non conſtabat eos qui habitum Clericorum in fraudem reaſſumpſerunt, verè eſſe Clericos: licèt pro talibus reputarentur, ut hìc notat gloſſa finalis; & dixi *in capite Contingit*, *il ſecondo*, *n.* 12. *infra eod.* poſt Alex. *conſ.* 8. *n.* 3. *lib.* 1.

Non etiam obſtat *c.* 2. *Ne Cler. vel Monach.* ubi Clericis in fraudem deprehenſis non ſubvenitur ab Eccleſia, nam reſpondetur dupliciter, ut hìc in gloſſa ultima.

Rursùs non obſtat *c.* 1. *de vita & honeſt. Cler. lib.* 6. quia loquitur de Clericis joculatoribus & hiſtrionibus, quia artem illam ignominioſam per annum exercent; & cùm ſit pœnale & exorbitans, non debet extendi ad alios caſus, etiam ex majoritate rationis, ut eſt textus notabilis in l. *Sciendum*, *ff. ad l. Pompeiam*, *de parricid.* quem ad hoc ponderat Aret. *in cap. cùm non ab homine*, *numero* 60. & 61. *ſuprà de judic.* Præterea ubicumque poteſtas concedatur laïcis ſuper juribus & perſonis Eccleſiaſticis, etiam ex majoritate rationis, extenſio fieri non debet, ut *in cap. Tua*, *il primò*, *ſuprà de decimis*, *juncto cap. Cùm in tua eod. tit.* ſecundum Aret. *ubi ſuprà.* 10

Demùm non obſtat contraria conſuetudo quæ viget in aliquibus Tribunalibus, ut dicunt Doctores ſuprà citati *n.* 6. & 7. nam ut reſpondet Guillelmus de Monte Lauduno & poſt eum Stephanus Aufrer. *in repet. clem.* 1. *n.* 64. & 65. *de off. Ord. tom.* 6. *repet. fol.* 41. de privilegio Clericali ſecundum Canones eſt judicandum, nec ſuper his ſtandum eſt Legibus, Statutis vel conſuetudinibus laïcorum; ſolus enim Papa generalia Cleri & Clericorum privilegia poteſt interpretari, ampliare vel declarare & ex ea cauſa reſtringere, ut patet *in c. altercationis*, *de bigamis lib.* 6. & cùm non reperiantur limitata in hoc ſpeciali caſu, niſi quoad privilegium Canonis, in aliis ſtandum erit eorum exemptioni à poteſtate laïcali, arg. l. *ſancimus*, *C. de teſtam.* & l. *præcipimus in fin. C. de appel. cum ſimilibus.* 11

Cæterùm in hac materia, ut planè intelligas quid certò ſit tenendum, cùm quæritur an Clerici qui depoſito habitu & tonſurâ, immiſcent ſe enormitatibus, perdant privilegium Clericale: diſtingue latiùs. Aut tales Clerici fuerunt ter moniti à Prælato ſuo, aut non; ſi fuerunt ter moniti, perdunt eo ipſo privilegium Clericale, ut de privilegio fori eſt textus *in c. Contingit*, *il ſecondo infra eodem*, de privilegio Canonis *in c. In audientia*, *infra eod. tit.* & de privilegio exemptionis ab oneribus laïcalibus *in c. ult. de vita & honeſt. Cleric.* & in clem. 1. *eod. tit.* & in hoc primo membro concordant omnes; ſi verò non fuerint ter moniti: tunc ſubdiſtingue. Nam aut quæris de privilegio Canonis aut de privilegio fori; ſi de privilegio Canonis: dic hujuſmodi Clericos ſive in minoribus, ſive in Sacris Ordinibus conſtitutos perdere hoc privilegium eo ipſo, ut eſt caſus expreſſus *in d. c. Cùm non ab homine*, §. *In articulo ſupra eodem hìc*: *Occiſores Clericorum aut Presbiterorum, qui contempto Clericali habitu tirannidi & enormitati ſe inverecundè immiſcent, in odium Clericalis exceſſus & terrorem atque correctionem ſimilium Canone latæ ſententiæ minimè coërcentur.* Item probatur in hoc textu intelligendo eum de privilegio Canonis, prout communiter à Doctoribus intelligitur. Nec obſtant jura quæ dicunt Clericum non perdere privilegium Canonis per dimiſſionem habitûs & tonſuræ ante trinam monitionem, ut *cap. In audientia & c. Contingit*, *il ſecondo infra eodem*. Quoniam hæc jura loquuntur de Clericis qui ex vanitate vel negligentia dimittunt habitum, non autem in his qui eum dimittunt ex iniquitate & malitia, ut in caſu hujus Decretalis ſecundum Hoſt. *hìc ante num.* 1. in ver. *Non propulſando*; & eſt gloſſa notab. *in d. c. Cùm non ab homine* in verbo *Minimè coërcentur ſupra eodem*; ſi verò quæris de privilegio fori: tunc refert an agatur de Clericis minorum Ordinum, an verò de Clericis in Sacris; ſi de Clericis minorum Ordinum: ceſſat omnis difficultas, quia ex jure noviſſimo Concilii Trident. *c.* 6. *ſeſſ.* 23. nullus primâ tonſurâ initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus gaudet privilegio fori, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut habitum & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ inſerviat, vel in Seminario Clericorum aut in aliqua Schola vel Univerſitate de licentia Epiſcopi verſetur. Neque ad hoc requiritur ut præcedat aliqua admonitio, ſed eo ipſo quòd caret aliquo ex prædictis requiſitis, perdit privilegium fori, ut ex Sententia Sacræ Congregationis dixi *in c. ſi quis*, *n.* 21. *de foro compet.* Quarè minores Clerici hodiè Ordine inverſo difficiliùs perdunt privilegium Canonis quàm fori, nam illud non perdunt per ſolam dimiſſionem habitûs & tonſuræ, niſi vel præceſſerit trina monitio, ut *in d. c. Contingit*, *il ſecondo infra eodem*, vel ſævis enormitatibus ſe immiſcuerint, ut hìc & *in d. c. Cùm non ab homine*, §. *In articulo ſupra eodem.* At privilegium fori perdunt per ſolam dimiſſionem habitûs vel tonſuræ, vel ſervitii Eccleſiæ: licèt non fuerint tertiò moniti, nec ſe immiſcuerunt enormitatibus, ut *in d. c.* 6. de cujus materia vide quod plenè ſcripſi *in d. c. ſi quis à num.* 19. *uſque ad num.* 72. *de foro compet.* ſi verò agitur de Clericis in Sacris: tunc ſunt opiniones, ſed verior & communior ſententia eſt, eos non perdere privilegium fori, ut oſtenſum eſt ſuprà *à num.* 4. *uſque ad n.* 12. & hoc ſervat Curia, ut dixi *in c. Cùm non ab homine*, *n.* 106. *ſuprà de Judiciis.*

(Margin numbers in the last paragraphs: 12 at "Cæterùm in hac materia"; 13 at "diſtingue. Nam aut quæris"; 14 at "Clericum non perdere privilegium"; 15 at "fert an agatur"; 16 at "hodiè Ordine inverſo".)

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Idem Clemens III.

CAPUT XXV.

IN audientia noſtra talis fuit ex parte tua propoſita conſultatio, utrum Clerici, qui arma militaria relicto habitu Clericali, geſtare nullatenus erubeſcunt : ſi eis fuerit injuria corporalis illata, vel ſe à captione redemerint, illa Clericorum debeant immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum injectione facta in Clericum, excommunicatus quis ipſo jure notatur ? Ad hæc tibi breviter reſpondemus, quòd cùm fruſtrà Eccleſiæ implòret auxilium, qui committit in ipſam, & lex ſæcularium Principum huic reſponſo ſatis efficax aſſerat argumentum, qua manifeſtè cautum habetur, matronam, cujus pudicitia attentata fuerit, non poſſe injuriarum agere, ſi in veſte meretricali fuerit deprehenſa : hujuſmodi Clerici ſi à Prælatis fuit tertiò commoniti, militaria noluerint arma deponere, de privilegio Clericorum ſubſidium aliquod habere non debent.

SUMMARIUM.

1 *CLericus ut laïcus incedens tertiò monitus non reſipiſcens, perdit privilegium Clericale.*
2 *Clericus qui depoſito habitu arma militaria geſtat, non perdit privilegium Clericale ante trinam monitionem, niſi etiam ſævis enormitatibus ſe immiſceat.*
3 *Talis quis eſſe præſumitur in quali habitu reperitur.*
4 *Matrona pudicitiam attentans in habitu meretricali deprehenſa, non tenetur de injuria.*

1 IN *audientia.* Clericus qui à Prælato ſuo tertiò monitus arma militaria non deponit perdit privilegium Clericale. Hoc dicit ſecundum Joannem Andream cum quo Butr. Card. & cæteri concordant, vel generaliùs ſecundum Abbatem. Clericus ut laïcus intercedens, tertiò monitus non reſipiſcens perdit privilegium Clericale. Hoc dicit & loquitur ſpecificè de privilegio Canonis. Idem tamen juris eſt in privilegio fori, ut *capite Contingit, il ſecondo infra eodem*; & in privilegio immunitatis ab oneribus laïcalibus, ut *in capite ultimo, ſuprà de vita & honeſt. Cleric.* & in clem. 1. *eodem titulo.*

2 Nota primò hic, *qui arma militaria relicto habitu Clericali, geſtare nullatenùs erubeſcunt.* Clericos non amittere privilegium Clericale ex eo quòd in habitu laïcali arma militaria geſtant, niſi ter moniti non deſiſtant; & ita hic eſt caſus apertus ſecundum omnes. Sed tu hoc limita, niſi ſimul arma militaria aſſumant & enormitatibus ſe immiſceant, quia tunc cùm aſſumant actum omninò contrarium Ordini Clericali, ſtatim perdunt privilegium ſine ulla admonitione, ut hic à contrario ſentit gloſſa Bernardi poſt caſum; & firmat Innoc. *in c.* 1. *n.* 3. verſ. *Sed alii contradicunt de Apoſtat.* & Alex. *conſ.* 8. *Videtur ſuper primo, n.* 3. *lib.* 1. alias declarationes ad regulam hujus Decretalis poſui *in d. cap. Contingit, il ſecondo infra eodem*, ubi plenè videas *à num.* 6. *uſque ad numerum* 25. & ad jura quæ videntur oppoſitum innuere videlicet, *cap. perpendimus ſupra eodem & cap. Ex parte, il terzo de privil.* Reſpondi in prædicta Decretali *Contingit, n.* 12. *&* 13.

Secundò nota hic *ſi in veſte* : quòd talis quis eſſe præſumi- 3
tur, in quali habitu reperitur, ad hoc *c. ſi judex laïcus de ſent. excomm. lib.* 6. *hic; juſtum eſt enim, ut ipſe talis quem geſtat ex habitu, quouſque appareat aliud, præſumatur qualis is eſſe cujus fert habitum*, comprobatur *c. Ut Apoſtolica, de privil. eod. lib. c. ſi verò ſupra eodem* & l. *Item apud*, §. *ſi quis Virgines, ff. de ritu nupt.* ubi eſt caſus ſecundum Bart. *in ſumma textûs.* Quo fit ut ſi quis attentaverit pudicitiam matronæ in veſte meretricali deprehenſæ, de injuria non 4
teneatur, ut hic in littera & in d. §. *ſi quis Virgines*; non enim injuriatur Matrimonio qui ipſum ignoravit, l. *ſi ea, C. de adul.* ut hic in gloſſa in verbo *injuriarum*, ubi habes alia ſimilia. An autem percutiens laïcum credens percutere Clericum incidat in Canonem : conclude ut in eadem gloſſa quæ communiter tenetur; & quid ſi credidit percutere Titium laïcum; & in perſona errans percuſſit Martinum Clericum : vide gloſſam *in cap. ſi verò* in verbo *Ignoraverit*; & hic Doctores *ſupra eodem*; & quod plenè ſcripſi *in c. Ad audientiam ſuprà de homicid. in quæſt.* An mandans committi homicidium in perſonam unius, ſi ſequatur in perſonam alterius, ſit irregularis ex homicidio voluntario, *à num.* 53. *uſque ad num.* 72.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS

Innocentius III. Archiepiſcopo, Decano & Præcentori Lugdunen.

CAPUT XXVII.

CUm pro cauſa, quæ inter G. & F. Cabilonen. Eccleſiæ Archidiaconos vertebatur, eis conceſſerimus auditorem : procurator G. allegavit, quòd cùm F. Archidiaconus in ſuccentorem in communi dormitorio manus injeciſſet temerè violentas & eum traxiſſet verberando per clauſtrum : tu frater Archiepiſcope eum, ob violentam manuum injectionem & violationem immunitatis Eccleſiæ, feciſti excommunicatum publicè nuntiari; & infrà. Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit dictum F. Archidiaconum ob duplicem cauſam excommunicatum fuiſſe & expreſiſſe tantum alteram in litteris, quas ſuper abſolutione ſua impetravit : ipſum tanquam excommunicatum ſatisfacere Eccleſiæ ſuæ pro altera, monitione præmiſſa, cogatis.

SUMMARIUM.

1 *EXcommunicatus ex pluribus cauſis, ſi in abſolutione omnes non expreſſit, non habetur pro abſoluto.*
2 *Excommunicatione una, vel pluribus ligatus & ex pluribus, cauſis an poſſit abſolvi unica abſolutione.*
3 *Clauſtrum Eccleſiæ violans, dicitur violare immunitatem ipſius Eccleſiæ.*
4 *Immunitatis privilegium non reſtringitur ad portas, vel parietes Eccleſiæ tantùm, ſed extenditur circumquaque per* 40. *vel* 30. *paſſus.*
5 *Abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam in terminis Bullæ Gregorii XIV. an ſit Sedi Apoſtolicæ reſervata & n. ſeqq. uſque in fin.*
6 *Immunitatem Eccleſiæ violantes indè extrahendo perſonas, vel res de jure veteri non erant excommunicati, ſed excommunicandi.*
7 *Incendiarii, & effractores Eccleſiarum incidunt in excommunicationem Sedi Apoſtolicæ reſervatam.*
8 *Immunitatem Eccleſiæ violans in clauſtro, laïcum verberando an ſit excommunicatus & n. ſeqq.*
9 *Denuntiatio non addit vinculum.*
10 *Violentia corporum major eſt quàm rerum.*
11 *Caſus violationis immunitatis Eccleſiæ à DD. qui ſcripſerunt ante Paulum II. recenſentur inter caſus Epiſcopales ex conſuetudine & n.* 34.
12 *Violantes libertatem Eccleſiæ in terminis Bullæ Cœnæ non incidunt in excommunicationem Papæ reſervatam, niſi id fecerint per viam ſtatuti vel conſuetudinis & n.* 14. *&* 34.
13 *Opinio Epiſcopi Montis Marani ſentientis abſolutionem in terminis Bullæ Gregorii XIV. non eſſe reſervatam expenditur.*
15 *Refellitur & n. ſeqq. uſque in fin.*
16 *Libertatis Eccleſiaſticæ offenſa eſt caſus Papæ reſervatus in extravag. Pauli II. & Sixti IV.*
17 *Juramentum præſtari non poteſt per relationem ad ſcripturam juratam.*
18 *Pro forma exigit ſpecificam mentionem & formalitatem verborum.*
Præſtari debet corporaliter & requirit pro forma tactum ſcripturarum n. 20.
Sub dictione, & cætera, *non includitur n.* 22.
Nec ſub obligatione Camerali n. 23.
19 *Relativa diſpoſitio non ſufficit in iis, quæ ſunt formalia, ut in guarentigia.*
21 *Forma impleri debet in ſpecie, & non per æquipolens.*
24 *Caſuum reſervatio non requirit formalitatem verborum, & poteſt fieri per relationem ad aliud & n. ſeqq.*
25 *Conſtitutio nova per relationem ad jus commune perindè operatur, ac ſi jus cammune eſſet in ea inſertum.*
26 *Relatum verè, & propriè dicitur eſſe in referente. Imò dicitur pars referentis n.* 30.
27 *Juramentum eſt vinculum perſonale, nec tranſit in ſucceſſorem.*
28 *Reſervatio afficit etiam ſucceſſorem, ſi fiat per modum legis ſeu ſtatuti.*
29 *Expreſſio per relationem ad aliud ſufficit etiam in his quæ ſpecificam mentionem requirunt.*
31 *Reſervatio abſolutionis poteſt dici pœna.*
32 *Immunitas & libertas Eccleſiaſtica an & in quò differant.*
33 *Immunitas Eccleſiæ quid ſit.*
35 *Extravagans,* Inter cunctas, de Privilegiis, *quæ violationem immunitatis Eccleſiaſticæ ponit inter caſus reſervatos ex conſuetudine, fuit revocata in Concilio Viennenſi.*
36 *Abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatem in terminis Bullæ Gregorianæ recenſetur inter caſus Papales in decretis Clementis VIII.*

1 CUm *pro cauſa.* Excommunicatus ex pluribus cauſis, ſi in abſolutione omnes non expreſſit, non habetur pro abſoluto. Hoc dicit Joanes Andreas Butrius Cardinalis & Ancharan. vel aliter ſecundum Abbatem, Felinum & Mar. Socin. ligatus pluribus excommunicationibus, licèt ex eodem facto, obtinens abſolutionem expreſſâ unâ cauſâ, ſeu
2 una excommunicatione, non habetur pro abſoluto quoad aliam. Hoc dicit. Generaliter autem an ligatus unâ, vel pluribus excommunicationibus, & ex pluribus cauſis abſolvi poſſit unica abſolutione, an verò ſint neceſſariæ plures, Doctores non conveniunt, ut hic in gloſſ. 2. Sed placet magiſtralis diſtinctio Abbatis *n.* 6. *verſ. Sed conclude, vel latius diſtingue*, ut per Henric. Boich. *in princ.* & Covarr. *in c. Alma mater, hoc tit. lib.* 6. *par* 1. §. 11. *n.* 13. *verſ. Quid autem de illo*, ubi hunc articulum explicat dilucidè per ſeptem concluſiones, quas per te videas. Decretalis dividitur in duas partes. Prima narrat caſum. Secunda dat judicem hic, *Diſcretioni.*

Nota primò hic, *& eum traxiſſe verberando per clauſtrum:* 3
quòd violans clauſtrum alicujus Eccleſiæ dicitur violare immunitatem ipſius Eccleſiæ, & eſt ratio, quia privilegium immunitatis non reſtringitur ad portas vel parietes Eccleſiæ 4
tantùm, ſed per quadraginta vel ſaltem per triginta paſſus extinditur circumquaque, *ut cap. Sicut antiquitus, & cap. Quiſquis* 17. *qu.* 4 & hic notant Hoſt. *n.* 1. Joan. Andr. *n.* 7. Abb. *in ult. notab.* Felin. *num.* 2. & Mar. Soc. *n.* 10. Turrecrem. *in cap. Cùm devotiſſimam, num.* 4. & hic etiam Præpoſit. *num.* 2. 12. *quæſt.* 2. Meritò clauſtrum

Eccleſiæ inhærens gaudet immunitate ipſius Eccleſiæ ; ex quo infertur, ut ſicut non poteſt quis capi in Eccleſia, ita nec in clauſtro Eccleſiæ, ut per Abb. & Felin. *ubi ſuprà*, facit text. *in l. Præſenti*, & quod hic notat Bart. *n. 2. Cod. de his qui ad Eccleſ. confug.*

Secundò nota ex textu argum. pro & contra, quod violans Eccleſiæ immunitatem eſt ipſo jure excommunicatus : ſed hoc latiùs examinabitur infrà, *num.* 6. Hodiè hoc eſt expeditum per jura extravagantium & per Conſtitutionem Gregorii XIV. hac de re editam, ut mox dicitur.

5 Quæro, utrùm abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam juxta terminos Conſtitutionis Gregorii XIV. quæ incipit, *Cum alias nonnulli.* Sit Sedi Apoſtolicæ reſervata, necne.

In vim prædictæ Conſtitutionis qui extrahunt reos ab Eccleſiis contra formam ibi præſcriptam, ipſo facto incidunt in cenſuras & pœnas, quæ contra libertatis, juris & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores per ſacros Canones & Concilia generalia, Pontificumque Conſtitutiones ſunt promulgatæ ; idque certum eſt & citra controverſiam. Sed quænam ſint ejuſmodi cenſuræ, ac pœnæ, quoniam hæc Conſtitutio non aperit, inſpiciendum erit, an ex ſacris Canonibus, Conciliis, vel Conſtitutionibus Apoſtolicis, ad quæ omnia ſe refert Conſtitutio ſtatuta ſit cenſura aliqua Sedi Apoſtolicæ reſervata contra hujuſmodi violatores.

6 Porrò *in cap. Sicut antiquitus 17. quæſt.* 4. ſtatuitur, ut qui confinia Eccleſiarum confringere tentaverit, aut perſonam hominis, vel bona ejus indè ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit quouſque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur. In canone, *frater eadem cauſ. & q.* Gelaſius jubet arceri ab ingreſſu Eccleſiæ, qui aliquem ab Eccleſia violenter abſtraxerit Joannes VIII. *in c. Quiſquis, ead. quæſt.* (Si quis, inquit, Domum Dei violaverit & aliqua indè abſtulerit, donec in Conventu admonitus legitimè ſatisfaciat ſciat ſe communione privatum,) aliàs legitur, (ſciat ſe fore communione privatum,) ut ibi notatur in margine ; & infrà : (qui Eccleſias infringunt & depoſita vel alia quælibet exindè abſtrahunt, damnum novies componant & immunitatem tripliciter & veluti ſacrilegi Canonicæ ſententiæ ſubigantur,) Alex. II. *ibid. in cap. Si quis deinceps* : eum, qui Clericum ab Eccleſia expullerit, jubet Canonicæ pœnitentiæ, atque depoſitioni ſubjacere, ac ſi contumax fuerit, excommunicari, Auguſt. *Epiſt.* 187. *ad Bonif.* eum qui hominem ab Eccleſia rapuit, communione interdici, ut refertur loco citato *in cap. Miror.* Concilium Toletanum duodecimum *cap.* 10. Definivit, ut nullus audeat confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes indè abſtrahere ; ac deindè ſtatuit, ſi quis hoc decretum tentaverit violare, Eccleſiaſticæ excommunicationi ſubjaceat & ſeveritatis Regiæ feriatur ſententia, *cap. Definivit, ead. cauſ. & q.* Concilium Aurelianenſe relatum ibi cap. ſeq. id ipſum decrevit & violatores Eccleſiæ immunitatis non ſolum à communione Eccleſiæ, verùm etiam Catholicorum convivio juſſit ſeparari. Concilium Tridentinum *cap.* 20. *ſeſſ.* 25. tantùm innovat Canones & Concilia generalia omnia, necnon aliàs Apoſtolicas ſanctiones in favorem Eccleſiarum, libertatis Eccleſiaſticæ & contra ejus violatores editas.

7 Ex his patet violatores immunitatis Eccleſiaſticæ ex veterum Canonum ſententia eſſe excommunicandos, ſed non eſſe ipſo facto excommunicatos, exceptis incendiariis & effractoribus Eccleſiarum, qui ipſo facto incurrunt excommunicationis ſententiam Sedis Apoſtolicæ reſervatam, *in cap. In litteris* & ibi gloſſ. *in verb. Anathematis ſupra de raptoribus & cap. Tua nos, & cap. Conqueſti, ſupra eodem* & de incendiariis & effractoribus intelliguntur duo Capitula quæ in oppoſitum conſuetum eſt allegari, videlicet, *capit. Canonica* 11. *quæſt.* 3. *& cap. Omnes*, 17. *quæſt.* 4. alii verò non ſunt excommunicati ipſo jure, ſed excommunicandi, ut not. gloſſ. *in d. cap. Conqueſti in verb. Excommunicatos nuncietis & in dict. cap. Tua nos in verb. Publicari, ſupra eodem.*

8 Sed prædictis multum videtur obſtare hæc Decretalis : nam iſte Archiepiſcopus fecit publicè denunciari excommunicatum Archidiaconum ob duplicem cauſam videlicet, quia in Clericum manus injecerat violentas, & quia eum traxerat verberando per clauſtrum, in littera. Ergò etiam ex hac ſecunda cauſa violationis clauſtri priùs erat excommu-
9 nicatus à jure, quoniam denunciatio non addit vinculum, *cap. Paſtoralis de appellat, gloſſ.* 3. *in d. cap. Tua nos, ſupra eodem*, & ſecundum hoc idem eſſet ſi in clauſtro laïcum verberaſſet, arg *d. c. Omnes* 17. *quæſt.* 4. & hunc intellectum approbat Hoſt. *hic num.* 2. 17. *quæſt.* 4. & hunc intellectum approbat Hoſt. *hic num.* 2. quia inferentes vim in
10 Eccleſia & quæ intus ſunt excommunicati. Ergò multò fortiùs in ipſa homines verberantes, quia major eſt violentia corporum quam rerum, argum. *cap. Præcipimus* 12. *quæſt.* 1. *cap. Cum infirmitas in fin. ſupra de pœnit. & remiſſ. l. Sancimus, la prima C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Huic objectioni ita reſpondetur : Papa hîc narrat factum Archiepiſcopi, ſed illud non approbat, quin potiùs in dubium revocat, dum dicit : (ſi vobis conſtiterit dictum Archidiaconum ob duplicem cauſam excommunicatum fuiſſe) ex his enim verbis apparet Papam dubitaſſe de excommunicatione ; hoc autem verificari non poteſt in excommunicatione lata à jure, quia in Papam, qui habet omnia jura in ſcrinio pectoris non cadit juris ignorantia, *ut c.* 1. *de conſtitut. lib.* 6. Tantùm ergò dubitavit, num Archidiaconus incidiſſet in excommunicationem latam ab homine, quia fortè lata fuit ſententia ab Archiepiſcopo, ut quicumque violaret Eccleſiæ immunitatem, eſſet excommunicatus, ut notat gloſſ. 1. *hîc in fin.* Innoc. *in princip. in verb. Violationem* & Archid. *in cap. Omnes, num.* 1. 17. *quæſt.* 4. Argumentum verò à rebus ad perſonas, quo utitur Hoſtien. aſſumit pro fundamento id de quo diſputatur, quia ſupponit abſtrahentes res ab Eccleſia eſſe excommunicatos, quod eſt falſum, ut ex dictis conſtat & in oppoſitum eſt text. clarus *in c. fin. ſupra de furtis* ubi etiam rapiens Sacra Vaſa non eſt excommunicatus ipſo facto & ita tenet hîc gloſſ. 1. Innoc. *in princ. in verb. Violationem, & num.* 2. ubi exponit verbum, *duplicem*, ideſt ob injectionem manuum ipſo jure & violationem clauſtri ab Epiſcopo latam, Joan. Andr. *num.* 7. ubi concludit cum gloſſ. contra Hoſtien. Butr. *num.* 13. *verſ. Prædicta vera*, dicens ſacrilegum eſſe excommunicatum ipſo jure ubi Clericus verberatur ; ſi verò Laicus in Eccleſia verberatur, ſic verberantem ratione loci non incurrere ipſo jure excommunicationem majorem, Cardin. *in princip. verſ. Item colligunt aliqui*, dicens hoc verius *& num.* 1. *in fin. in* 4. *oppoſition.* ubi dicit hanc gloſſam veram, Anchar. *num.* 4. *verſ. Sed opponitur*, & Abb. *num.* 5. & hoc teneas.

11 Itaque hoc veteri jure inſpecto nulla cenſura (nedum Sedi Apoſtolicæ reſervata) ſtatuta erat ipſo jure in eos, qui aliquem ab Eccleſia extraherent. Ideò Doctores quotquot ante Paulum II. ſcripſerunt, vel qui notitiam non habuerunt conſtitutionis ab ipſo editæ unanimes tradiderunt, violantes hoc modo immunitatem Eccleſiæ præter incendiarios, & effractores non eſſe ipſo jure excommunicatos, ſed excommunicandos. Inter quos recenſentur Goffred. & Hoſtien. ſibi contrarius *in Summ. de Immunit. Eccleſ. in fin.* Aſten. *ibidem art.* 7. Silveſt. *in verb. Immunitas* 3. *in fin.* Joan. Faber. *in l.* 2. *Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Abb. *in cap. pen. in fin. de immunit. Eccleſ.* & alii plures apud Remigium *in tract. hac de re edito quæſt.* 9.

12 Qua etiam ratione qui caſus reſervatos collegerunt, violationem Eccleſiaſticæ immunitatis poſuerunt inter caſus Epiſcopales ex conſuetudine, ut Silveſt. *in verb. Caſus ſub nu.* 4. & Armill. *ibid. n.* 6. Habita ſcilicet ratione veterum Canonicum & in ſpecie Conſtitutionis Benedicti XI. quæ incipit, *In ter cunctas*, quæ tamen fuit poſteà revocata, ut inferiùs dicetur & Cajetan. *in Summ. verb. Excommunicatio, cap.* 31 Scripſit non omnes violatores Eccleſiaſticæ libertatis incidere in cenſuras reſervatas Papæ, ſed ſolum, qui illas violant ſtatutis, vel conſuetudine : quod etiam ſcripſit Navarr. *in Manuali cap.* 27. *num.* 117. Verùm uterque ipſorum loquitur in terminis Bullæ Cœnæ, quæ revera non afficit niſi violantes immunitatem Eccleſiæ per viam ſtatuti, vel conſuetudinis, ut in §. 15. neuter tamen exprimit, an in aliis caſibus violatio hujuſmodi ſit reſervata per ſacros Canones, vel Apoſtolicas Conſtitutiones. Epiſcopus tamen
13 Montis Marani, quem noviſſimè ſequutus eſt Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 3. *cap.* 414. & alii nonnulli ex modernioribus *in ſua in praxi Archiepiſcopali, cap.* 18. *num.* 3. interpretans hanc ipſam Gregorii XIV. Conſtitutionem opinatus eſt abſolutionem hoc caſu non eſſe Sedi Apoſtolicæ reſervatam, ſed ad Ordinarium pertinere. Movetur primò per regulam, *capit. Nuper infra eodem*, ibi ; quia tamen conditor Canonis ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis
14 relaxandi. Deindè quia in Bulla Cœnæ non omnes violatores immunitatis Eccleſiæ excommunicantur, ſed ſtatuentes duntaxat *in capit. unic. de his quæ vi met. cauſ. lib.* 6. Ultimò quia Gregorius decrevit violantes immunitatem incidere in cenſuras, nulla facta mentione reſervationis : quæ tamen qualitas, cùm inquirat ſpecialem mentionem *per dict. cap. Nuper*, non includitur in diſpoſitione referente per text. *in capit. penult. de jurejur.*

15 Quibus tamen non obſtantibus veriùs videtur abſolutionem ab his cenſuris eſſe reſervatam Summo Pontifici ex infrà ſcriptis.

Primò per textum ad litteram *in c. Etſi Dominici de pœnit.*
16 *& remiſſ.* in Extravag. *com.* ubi Paulus II. ſtatuit ut in quibuſcumque conceſſionibus & facultatibus abſolvendi, certi caſus tanquam ſpecialiter Sedi Apoſtolicæ reſervati ſemper intelligerentur excepti ; & inter hoc primo loco enumerat offenſam Eccleſiaſticæ libertatis. Quod ſimiliter & Sixtus IV. poſteà

decrevit in Extravaganti ejuſdem initii ſub eodem titulo, ubi ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ prohibet quibuſcumque Sacerdotibus, ne prætextu cujuſvis facultatis quemquam abſolvant à caſibus hîc expreſſis abſque ſpeciali ejus licentia ; & inter hos caſus immediatè recenſet offenſam Eccleſiaſticæ libertatis. Cujus quidem Conſtitutionis meminit Cajetanus in Summa, verbo *Excommunicatio, capite* 77. oſtendens excommunicationem in caſibus hic expreſſis eſſe Papalem.

Quamobrem cùm per Conſtitutionem Gregorii XIV. extrahentes aliquem ab Eccleſiis, incidant in cenſuras à Conſtitutionibus Apoſtolicis promulgatas contra violatores Eccleſiaſticæ immunitatis : quin imò & libertatis, ut inferiùs dicetur ; & per Conſtitutiones Apoſtolicas Pauli & Sixti, excommunicatio ob violatam libertatem Eccleſiæ ſit Pontifici reſervata : apertè ſequitur, ut ex Conſtitutione Gregorii abſolutio ad alium non ſpectet quàm ad Summum Pontificem ; atque ita eliditur primum motivum Epiſcopi Montis Marani, quòd hoc caſu abſolutio non reperiatur expreſſè reſervata, nam contrarium colligitur ex dictis Extravagantibus quas fortè ipſe non vidit.

17 Ideòque nec urget ſecundum illius motivum, quòd Gregorius etſi cenſuras irrogaverit : nullam tamen expreſſam mentionem fecerit reſervationis, ut requirebatur per textum *in d. c. Nuper, juncto c. penult. de jurejur.* nam reſpondetur diſpoſitionem *d. c. pen.* eſſe ſpecialem in juramento quod per
18 relationem ad aliud præſtari non poteſt, tum quia pro forma exigit ſpecificam mentionem & formalitatem verborum, quemadmodùm declarat Anton. de Butr. *in d. c. pen. n.* 1. & Soc. *conſ.* 99. *Sereniſſimus Rex, n.* 52. verſ. *Septimò dicitur lib.* 3.
19 In his autem quæ ſunt formalia, ut in guarentigia non ſufficit relativa diſpoſitio. Cravet. *conſ.* 668. *n.* 6. *& ſeqq.* & ita intelligendus eſt Dec. *in c. Conſuluit, il ſecondo, col.* 2. *n.* 10.
20 verſ. *Sed tamen non videtur, de appellat.* tum quia præſtari debet corporaliter & requirit pro forma tactum ſcripturarum, *c. Hortamur* 3. *q.* 9. & tradit gloſſa *in c. Ut circa* in verbo *Corporali de elect. lib.* 6. & Abb. poſt Hoſt. *in d. c. pen. n.* 10. *de jurejur.* forma autem impleri debet in ſpecie & non
21 per æquipollens, ut in juramento, eſt textus in l. *Qui per ſalutem, ff. de jurejur.* & notat gloſſa præallegata ; & generaliter tradunt Bald. & Doctores in l. 1. *ff. de liber. & poſthum.* Oldrad. *conſ.* 304. *Infrà ſcriptæ concluſiones in princ. n.* 2. verſ. *Circa hoc namque*, plenè Alex. *conſ.* 212. *ponderatis iis in princ. lib.* 6 & in his terminis Dec. *in d. c. Conſuluit,*
22 *n.* 11. Ideòque ſub dictione *&c.* juramentum non includitur, ſecundum Butrium *in d. c. penult. n.* 2. quod Abbas hîc dicit eſſe notabile, *col. penult.* & ſequitur Dec. *in c. Nam concupiſcentia in* 2. *lectura, n.* 3. *de Conſtit.* & eodem modo, ſi
23 quis ſe obliget in forma Cameræ : quamvis obligatio Cameralis de conſuetudine habeat juramentum, tamen non cenſetur jurata niſi expreſſè ſit dictum ; & ita juravit Galleſ. *de oblig. Camer. tit. de inſtrum. q* 2. *n.* 17. verſ. *Sed diligenter cum*
24 *ſeqq.* at reſervatio non eſt hujuſmodi, quia licèt caſus intelligatur alteri conceſſus, niſi illum Pontifex ſpecialiter toti reſervaverit : tamen cùm id nullam formalitatem requirat, ut juramentum, nihil prohibet quominùs fieri poſſit per relationem ad Sacros Canones in quibus reſervatus reperitur, ut Gregorius fecit, nova enim Conſtitutio per relationem ad jus
25 commune eſſet in ea inſertum & incorporatum, ut ait Angel. Aret. *conſ.* 36. *Videtur num.* 18. & relatum verè & propriè
26 dicitur eſſe in referente, leg. *Aſſe toto, ff. de hæredib. inſtituend.* Baldus *conſ.* 212. *Ea quæ veniunt, lib.* 5. Dec. *conſ.* 647. *Requiſitus n.* 3. Cravet. *conſ.* 45. *Quidam homines, numero* 4.

Præterea, ut Baldus inquit *conſ.* 347. *Imperator in princ.*
27 *lib.* 1. juramentum eſt character cujus forma & figura ſubſtantiæ eſt in anima jurantis, ideò eſt perſonale nec tranſit ad ſucceſſorem ; at reſervatio etiam ſucceſſorem afficit, ſaltem ſi
28 fiat per modum legis ſeu ſtatuti, ut patet in prædicta Extravag. *Etſi Dominici, de pœnit. & remiſſ.* & in omnibus reſervationibus clauſis in corpore juris de quibus per Silveſt. & Summiſtas in verbo *caſus* : undè patet non benè in hac materia inferri à juramento ad reſervationem quæ nec formalitatem verborum, nec actum corporalem requirit, nec perſonalis eſt. Et quamvis debeat fieri expreſſè : tamen paria ſunt aliquid nomi-
29 natim exprimi, vel per relationem, l. *Ait Prætor*, §. 1. & hîc notat Bart. *in princ. ff. de re judic.* Paul. de Caſtro *conſ.* 91. *In cauſa appellationis in fin. lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 112. *clariſſimus col.* 2. *n.* 3. *& ſeq. lib.* 1. Quin imò relatum dicitur pars referentis, *c. cùm venerabilis, de exceſſ. Prælat.* Alex. *conſ.* 35.
30 *Viſo proceſſu, n.* 8. *lib.* 4. quod procedit etiam in materia pœnali ſecundum Bald. *conſ.* 15. *Magnifico lib.* 5. Natt. *conſ.* 204. *num.* 12. Surd. *conſ.* 288. *n.* 14. atque ita idem fuit ſtatuere ut violatores immunitatis incidant in cenſuras Conſtitutionum Apoſtolicarum ; atque ſtatuere ut incidant in cenſuras reſervatas, cùm cenſuræ contra violatores hujuſmodi ſint Papæ reſervatæ per Apoſtolicas Conſtitutiones Pauli II. & Sixti IV.

Quod eò magis procedit, quia Conſtitutio Gregorii extra- 31
hentibus aliquem ab Eccleſiis, imponit non modò cenſuras, ſed etiam pœnas à Conſtitutionibus Apoſtolicis promulgatas contra violatores Eccleſiaſticæ immunitatis &c. reſervatio autem de qua in dictis extravagantibus pœna dici poteſt, tum ob difficultatem adeundi Summum Pontificem ac veniæ impetrandæ, tum quia reſervationis idem eſt finis ac pœnæ, ut colligitur ex iiſdemmet Extravagantibus : *Ne cujuſvis remiſſionis vel facultatis obtentu Chriſti fideles procliviores ad illicita impoſterùm committenda reddantur, aut veniæ facilitas peccandi ei tribuat incentivum.* Imò reſervatio ſive Apoſtolica ſive Epiſcopalis, tanquam gravis ſubditis adjici non debet, niſi atrocioribus quibuſdam & gravioribus criminibus, ut habetur in Concil. Trident. *c.* 7. *ſeſſ.* 14. *de caſ. reſerv.* undè Suarez *de pœnit. diſtinct.* 30. *ſect.* 4. *numero* 2. *in fine*, appellat reſervationem onus Pœnitentium, ut à peccatis arceantur : Ergò Conſtitutio Gregoriana, hanc quoque pœnam reſervationis imponit extrahentibus aliquem ab Eccleſiis.

Rursùs non obſtat quòd Conſtitutio Gregorii innovet cen- 32
ſuras promulgatas contra violantes immunitatem Eccleſiaſticam ; Conſtitutiones autem Pauli & Sixti reſervent Sedi Apoſtolicæ offenſam libertatis, non autem immunitatis Eccleſiaſticæ. Nam etſi Cajetanus in Summa *de immun. Eccleſ. verſ.* 6. dixerit ad diſcernendum cenſuras Canonum & caſus reſervatos, diſtinguendum eſſe inter Eccleſiaſticam immunitatem & libertatem ; & per immunitatem intelligendam loci Sacri exemptionem ; per libertatem verò exemptionem perſonæ Eccleſiaſticæ : ita ut propterea reus violatæ immunitatis non incidat in pœnas violatæ libertatis.

In hoc tamen Cajetanus reprobatur à Covar. *lib.* 2. *var. reſol, c.* 20. *n.* 1. ubi oſtendit etiam ad cenſuras diſcernendas unum & idem eſſe immunitatem ac libertatem Eccleſiaſticam, quod etiam docuit Card. *in c. perpendimus n.* 12. *ſupra eodem*, Felin. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ n.* 69. verſ. *Et ideò de Conſtit.* Silveſt. in verbo *Immunitas* 1. *n.* 1. *in fin.* Aſten. Angel. & alii Summiſtæ *ibid.* undè Goffred. *eod. tit.* Immunitatem definit eſſe libertatem quæ competit Eccleſiaſticis perſonis & rebus ad eas ſpectantibus ; & ſecundum Archidiaconum *in capite cùm devotiſſimam, numero* 3. 12. *quæſtione* 33
2. Immunitas & libertas vel ſecuritas ipſius Eccleſiæ ; & conſentiunt hîc Bellamera, *numero* 5. & Geminianus, *numero* 2.

Deindè quod omnem tollit difficultatem, Gregorius innovat pœnas à Sacris Canonibus promulgatas, non ſolùm contra violatores immunitatis, ſed etiam libertatis Eccleſiaſticæ hîc. *Declaramus eum ipſo facto cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas incurrere, quæ contra libertatis, juris & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores per Sacros Canones & Conciliorum Generalium ; noſtrorumque Prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt promulgatæ.* Quod cùm ita ſit, hunc caſum eſſe Papalem videtur probari hoc argumento.

Ex Conſtitutione Gregorii extrahentes reos ab Eccleſiis, incidunt in cenſuras à Conſtitutionibus Apoſtolicis promulgatas contra violatores libertatis Eccleſiaſticæ ; ſed cenſuræ à Conſtitutionibus Apoſtolicis promulgatæ contra violatores libertatis Eccleſiaſticæ ſunt Sedi Apoſtolicæ reſervatæ in dictis Extravagantibus : ergò ex Conſtitutione Gregorii, extrahentes reos ab Eccleſiis incidunt in cenſuras Sedi Apoſtolicæ reſervatas.

Ad hæc Eccleſiaſticam violare immunitatem, ut ait Cajet. in Summa *eod. tit. in princ.* eſt tanquam generale peccatum ad omnes ſacrilegii ſpecies : violatur ſiquidem Eccleſiaſtica libertas injuriam inferendo & perſonis & locis & rebus Sacris. Et Gregorius in d. Conſtitutione innovavit pœnas omnes contra ſingulas ſacrilegii ſpecies à Sacris Canonibus inflictas, ut indicant verba illa Conſtitutionis. *Declaramus eum cenſuras & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, juris & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores &c.* verbum enim libertatis ad perſonas refertur, verbum juris ad bona, verbum immunitatis ad loca ; ſed violantes ſeu offendentes perſonas, bona & loca in certis caſibus incidunt in pœnas & cenſuras Sedi Apoſtolicæ reſervatas, ut de perſonis eſt expreſſum *in c. ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4. *in c. Non dubium, c. porrò & c. Ea noſcitur ſupra eodem ; & in hoc c. cum multis concord.* De bonis patet in caſibus *cap. Clericis, §. Nos ergò de immun. Eccleſ. leg.* 6. *&c. Quicumque, de ſent. excom. eod. lib. de locis*, juxta terminos *c. conqueſti & c. Tua nos, ſupra eodem.* Ergò & violantes immunitatem in terminis prædictæ Conſtitutionis.

Et hac ratione tollitur aliud fundamentum praxis Archi-
epiſcopalis, quòd in Bulla Cœnæ excommunicentur ſolùm 34
ſtatuentes contra libertatem Eccleſiæ ; nam cùm Gregorius generaliter innovaverit pœnas & cenſuras à Conſtitutionibus Apoſtolicis ſtatutas pro qualibet ſpecie violationis, libertatis, ſeu juris ſive loci materialis Eccleſiæ, ut probatum eſt, non incongruè dici poteſt innovaſſe etiam cenſuras per Bullam Cœnæ ſtatutas contra illam ſpeciem violationis Eccleſiæ,

quæ fit per viam ſtatuti vel conſuetudinis; atque ita eum qui reos inconſulto Epiſcopo extrahit ab Eccleſia incidere in excommunicationem Bullæ Cœnæ ſentit, licèt id aliàs non probet Ant. Fab. *in ſuo Cod. defin. for. tit. de his quæ ad Eccleſ. confug. n. 17.*

Præterquàm quòd etſi Bulla Cœnæ ad hunc caſum non pertineret: ſatis eſt tamen ut per alios Canones & Conſtitutiones cenſuræ impoſitæ propter offenſam libertatis Eccleſiæ ſint reſervatæ Sedi Apoſtolicæ. Quin imò etſi Gregorius ſuam Conſtitutionem non edidiſſet: adhuc tamen excommunicatio extrahentium reos ab Eccleſiis in caſibus non exceptis eſſet reſervata per dictas Extravagantes, quæ cùm caſum offenſæ libertatis Eccleſiaſticæ recenſeant tanquam reſervatum, nec diſtinguant ſpeciem offenſionis: certè non minùs intelligi debent de offenſione libertatis Eccleſiaſticæ, quæ fit extrahendo aliquem ab Eccleſia, quàm de alia offenſionis ſpecie & qualitate; utroque enim modo dicitur offendi ac violari Eccleſiæ libertas, ut patet *in c. reum, in c. frater & in c. definivit 17. q. 4.* ut dictum eſt ſuprà.

35 Neque his obſtat Extravag. *Inter cunctas* quæ eſt prima in tit. de privil. inter communes ubi Benedictus XI. ponit violationem immunitatis & libertatis Eccleſiæ inter caſus reſervatos ex conſuetudine.

36 Reſpondetur enim dict. Extravag. fuiſſe poſteà revocatam à Clemente V. in Concilio Viennenſi, ut patet in clement. *Dudùm in princ. de ſepult.* ut illic advertit gloſ. in verbo *aliam* & in d. Extravag. *Inter cunctas* in ver. *conſtitutionem* & Ang. in ver. *caſus*.

Poſtremò in confirmationem hujus ſententiæ afferuntur duo Decreta Clementis VIII. ex voto Sacræ Congregationis Epiſcoporum edita, quæ ſatis apertè dirimunt hanc controverſiam, etenim in primo Decreto prohibetur quibuſcumque confeſſariis ne quemque abſolvant à caſibus quomodocumque Sedi Apoſtolicæ reſervatis. In ſecundo declaratur quinam ſint hi caſus; & inter alios commemoratur violatio immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis Gregorii XIV. Quarè manifeſtum eſt hodiè hunc caſum eſſe reſervatum Pontifici. Quod autem in ſecundo Decreto Clementis in prima parte agatur de caſibus Papæ, non autem Epiſcopo reſervatis: ex eo patet, quia de reſervatis Epiſcopo ſpecialiter agitur paulò inferiùs in verſ. *Item omnes caſus.*

Neque obſtat, ut notatur in praxi Archiepiſcopali Montis Marani in addit. quòd Decretum Clem. præſervet poteſtatem Epiſcoporum & non afficiat niſi confeſſarios, nam reſpondetur dictum Decretum quà parte prohibet abſolutionem à reſervatis, non comprehendere quidem Ordinarios locorum, ſed ubi docet caſum violatæ immunitatis eſſe reſervatum Pontifici, neceſſariò inſinuat illius abſolutionem ad Ordinarios non pertinere. Hæc enim importat reſervatio, ut *c. Nuper infra eod. c. 2. de pœnit. & remiſſ. lib. 6. c. ult. de offic. Vic. eod. lib. c. quòd tranſlationem* cum hîc not. *ſuprà de off. leg. cum ſimil.* atque ita quamvis de novo non prohibeat, indicat tamen hanc eſſe juris prohibitionem quæ adimit Epiſcopis abſolvendi facultatem.

Propoſito ſuprà ſcripto dubio in Sacra Congregatione Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum, videlicet an abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam juxta terminos Conſtitutionis Gregorii XIV. quæ incipit, *Cùm aliàs nonnulli*, ſit Sedi Apoſtolicæ reſervata, necne? Sacra Congregatio cenſuit eſſe Sedi Apoſtolicæ reſervatam.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS

Idem Innocentius III. Abbati Sancti Andreæ.

CAPUT XXVIII.

A Nobis eſt ſæpè quæſitum, utrum ſi aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifeſta, nec per eum ſteterit, quo minùs reconciliaretur Eccleſiaſticæ unitati, non ſuſcepto beneficio abſolutionis deceſſerit, pro abſoluto ab Eccleſia ſit habendus? Et utrum pro tali recipienda ſit eleemoſina & à fidelibus ſit orandum? Et infrà. Nos igitur conſultationi tuæ breviter reſpondemus, quod judicium Dei veritati, quæ non fallit nec fallitur ſemper innititur: judicium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpè contingit & falli: propter quod contingit interdum, ut qui ligatus eſt apud Deum, apud Eccleſiam ſit ſolutus; & qui liber eſt apud Deum, Eccleſiaſticâ ſit ſententiâ innodatus. Vinculum ergò, quo peccator ligatus eſt apud Deum, in culpæ remiſſione diſſolvitur illud autem, quo ligatus eſt apud Eccleſiam, cùm ſententia remittitur, relaxatur. Quod in ſuſcitatione Lazari ſermo Evangelicus manifeſtat: quem priùs Dominus ſuſcitavit & Apoſtolis præcepit poſtmodum ſolvere ſuſcitatum. Undè quantumcunque ſe quis juramento præſtito, quod Eccleſiæ mandato pareret, humiliare curaverit, quantumcunque pœnitentiæ ſigna præceſſerint, ſi tamen morte præventus abſolutionis non potuerit beneficium obtinere, quamvis abſolutus apud Deum fuiſſe credatur, nondum tamen habendus eſt apud Eccleſiam abſolutus. Poteſt tamen & debet ei Eccleſiæ beneficio ſubveniri, ut ſi de ipſius viventis pœnitentia per evidentia ſigna conſtiterit, defuncto etiam abſolutionis beneficium impendatur. Nec obſtat, quod Eccleſiæ legitur attributa poteſtas ligandi atque ſolvendi homines ſuper terram, tanquam non poſſit ſolvere & ligare ſub terra ſepultos; & quod legitur, non communicetur mortuo, cui non eſt communicatum & vivo: cùm & ſi communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuiſſet, quem non contemptus religionis, ſed neceſſitatis articulus impedivit & in certis caſibus à Canonibus denotatis, ligaſſe legatur Eccleſia mortuos & ſolviſſe. Ut autem in uno pariter & eodem negotio & ſervemus rigorem & manſuetudinem oſtendamus: ſtatuimus, ut illius mortui abſolutio à Sede Apoſtolica requiratur, qui cùm viveret, ab ea fuerat abſolvendus: alio-

rum

rum autem abſolutionem ex præmiſſa cauſa cæteris indulgemus, à quibus dum viverent, fuerant abſolvendi. Abſolutionis autem forma ſervetur, ut fiat cum pœnitentiali Pſalmo & tam oratione Dominica, quàm alia conſueta. Hæredes quoque ipſius ad ſatiſfaciendum pro ipſo, ſi monitione præmiſſa noluerint, per diſtrictionem Eccleſiaſticam compellantur.

SUMMARIUM.

1 EXcommunicatus, in quo apparuerunt in morte contritionis evidentia ſigna, poſt mortem abſolvitur ab eo, à quo vivens fuerat abſolvendus & n. 14. & 30.
2 Et hæredes ab Eccleſia pro eo ſatisfacere compelluntur & n. 3. & n. 31.
3 Excommunicato defuncto non eſt communicandum ante abſolutionem, nec pro ipſo orandum, licet ſit quoad Deum abſolutus.
4 Veritas & opinio in quo differant & n. ſeqq.
5 Vero omnia conſonant.
6 Veritas eſt ſollidiſſima res, & murus inexpugnabilis.
7 Opinio poteſt ſe habere ad verum & ad falſum.
8 Eccleſia quandoque errat ligando non ligandum.
9 Et quid in Eccleſia univerſali.
10 Contritus eſt abſolutus quoad Deum etiam ante abſolutionem ſacramentalem.
11 In contritione tamen ſacramenti votum includitur.
12 Pœnitentia, & ea quæ conſiſtunt in animo, probantur per ſigna exteriora.
13 Pœnitentiæ ſigna quæ ſint.
14 Abſolutionis formula pro excommunicato, qui in excommunicatione deceſſit.
15 Mortuus poteſt creari miles.
16 Mortuus an poſſit fieri Doctor.
17 Mortuo poteſt injuria inferri, & n. ſeqq. fictè tamen ſed non verè n. 21.
18 Legatarius carnaliter cognoſcens uxorem teſtatoris poſt ejus mortem, indignus eſt legato.
19 Mortuum ſpolians dicitur eum offendere.
20 Mortuos exterrantes, membratim concidentes aut aquis coquentes, excommunicati ſunt.
21 Exanimatum corpus vulnerans non punitur tanquam de vulnere.
22 Irregularis an ſit Clericus qui volens occidere hominem eidem mortuo caput amputavit, & n. ſeq.
23 Irregularis non eſt dans cauſam aborti fœtus inanimati.
24 Irregularitas non contrahitur niſi in caſibus in jure expreſſis.
25 Mortuum Clericum percutiens an ſit excommunicatus & num. ſeq.
26 Mortuus poteſt tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ tempore interdicti, ſi vivens habebat privilegium de ingrediendo in Eccleſiam.
27 Privilegium Canonis an datum fuerit in favorem Ordinis clericalis, & n. 29.
28 Mortuus non poteſt tradi ſepulturæ in civitate in qua vivens morari non poterat.
31 Hæredes ejus qui poſt mortem debet abſolvi, compelluntur ab Eccleſia ſatisfacere injuriam paſſo, quamvis ſint laïci.
32 Hæredes an teneantur ſatisfacere pro excommunicato abſolvendo, licet ad eos nihil pervenerit ex bonis defuncti & n. ſeqq.
33 Quid ſi defunctus dederit ſigna contritionis.
34 Et quid ſi non dederit hujuſmodi ſigna.
35 Votum defuncti tenetur hæres adimplere.

1 A Nobis, *il ſecondo.* Excommunicatus, in quo apparuerunt in morte contritionis evidentia ſigna, poſt mortem abſolvitur ab eo à quo vivens fuerat abſolvendus. Ad ſatisfactionem verò ad quam tenebatur compelluntur hære-
2 des. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Cardin. & Ancharan. vel pleniùs ſecundum Abbatem, Felin. & Marian. Soccin. excommunicato decedenti in excommunicatione quantùmcumque contritus deceſſerit, non eſt communicandum ante abſolutionem, nec pro eo orandum, licet ſit quoad Deum
3 abſolutus: ſed ſi conſtet Eccleſiæ de contritione præcedenti abſolvetur etiam poſt mortem ab eo à quo vivus fuerat abſolvendus; & hæredes ejus compelluntur per Eccleſiam ad ſatisfactionem pro eo. Hoc dicunt. Dividitur in duas partes principales, & ſecunda ſubdividitur in ſeptem, ut per Joan. Andr.

4 Nota primò hîc, *veritati quæ non fallit, &c.* differentiam eſſe inter veritatem & opinionem, nam veritas, nec fallere, nec falli poteſt, quia, ut dixit Philoſophus *in 1. Ethicor.* vero omnia conſonant & veritas eſt perpetuæ exiſtentis rei tanta ſoliditas, ut cæteris defluentibus, ipſa in ſuo eſſe maneat inconcuſſa, ſecundum Joan. Andr. *in cap.*
5 *Damnamus, num. 11. de fid. Cathol.* & eſt ſolidiſſima res
6 & murus inexpugnabilis, ut legitur *Eſdræ 3. cap. 4.* & notat Bald. *in cap. Sicut n. 11. verſ. Quia veritas de probation. cum ſimilib.* ut per Afflict. *deciſ. 253. n. 7.* Opinio verò poteſt ſe habere ad falſum & ad verum & à Philoſophis definitur eſſe aſſenſus pro una parte cum formidine alterius
7 ut dixi in cap. *Ne innitaris num. 44. ſupra de Conſtitut.* & ideò falli & fallere poteſt, ut hîc.

8 Secundò nota hîc, *Judicium autem Eccleſiæ*, quandòque Eccleſiam errare ligando non ligandum vel abſolvendo non abſolvendum; & rationem habes in textu, quia illius judicium non nunquam innitur opinioni, ſecundum quàm judicat de iis quæ prorſùs manifeſta non ſunt: meritò falli ac fallere poteſt, & ſic errare; cùm errare aliud non ſit quàm unum pro alio putare, *c. In quibus 22. qu. 2. c. Quamvis 28. diſt.* quod tamen intelligit Hoſt. *hîc num. 3.* de Eccleſia particulari, non autem de generali ſimul congregata quia illa nunquam errare poteſt, *c. Arrecta 24. quæſt. 1.*
9 ſecundum eum, ſed Abb. *hîc num. 2.* dicit hoc verum eſſe in his quæ pertinent ad fidem, ſeu articulos fidei. In reliquis verò ſecundum eum Eccleſia univerſalis poteſt errare cùm ducatur opinione, quam fallere ſæpè contingit & fallit ut hîc dicitur, quemadmodùm & generale Concilium univerſalem Eccleſiam repræſentans errare poteſt excommunicando fortè Præfatum, qui non erat excommunicandus; & hoc magis placet etiam Marian. Socin. hîc n. 10. Sed de hac materia tu vide omninò quod ſcripſi in cap. *Majores à n. 3. uſque ad num. 37. ſupra de Baptiſm.* ubi latiſſimè examinavit an & quandò judicium Eccleſiæ & Concilii ſit infallibile.

Tertiò nota hîc, *quamvis abſolutus apud Deum fuiſſe cre-* 10
datur, arg. quod eo ipſo quod quis eſt de peccato contritus eſt abſolutus quoad Deum etiam ante abſolutionem ſacramentalem; & ſic contritio peccatum remittit, dummodò ſit in actu vel fide, ſeu ſpe ſuſcipiendæ abſolutionis, Mar.
Soc. hîc *num. 13.* Hodiè hoc definitum eſt à Tridentina 11
Sinodo, *ſeſſ. 14. in doctrina de Sacrament. Pœnit. cap. 4. de contrit.* hîc: *Docet prætereà etſi contritionem hanc aliquandò charitatem perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare, priuſquam hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur, ipſam nihilominùs reconciliationem ipſi contritioni ſine Sacramenti voto, quod in illa includitur non eſſe adſcribendam.*

Quartò nota hîc, *per evidentia ſigna conſtiterit*; Pœni- 12
tentiam & ea quæ conſiſtunt in animo, probari per ſigna 13
exteriora. Sunt autem pœnitentiæ ſigna verbalis deteſtatio delicti, petitio abſolutionis, oblatio Sacramenti de parendo mandatis Eccleſiæ, elevatio oculorum & manuum ad cœlum, percuſſio oris & pectoris, quia fortè loqui non poteſt & his ſimilia, *c. Qui recedunt, c. præceden. & tribus ſeqq. 26. qu. 6.* Hoſtienſ. *hîc num. 1.* Joan. Andr. *num. 2.* & alii communiter; & adde quod ſcripſi in c. *Ad abolendam à n. 15. ſupra de hæretic.*

Quintò nota hîc, *Defuncto etiam abſolutionis beneficium* 14
impendatur; non tantùm vivum, ſed etiam mortuum qui ante obitum dedit evidentia ſigna pœnitentiæ, abſolvi poſſe ab excommunicatione; & ita fuiſſe practicatum in perſona incliti Capitanei Domini de Forte Brachio, refert hîc Marian. Socin. in 8. *notab.* & ego ſæpiùs vidi obſervatum in Sacra. Pœnitentiaria. Formalia autem pro abſolutione illius qui in excommunicatione deceſſit, eſt hujuſmodi videlicet: *Quare ſi ſic vobis viſum fuerit, vobiſque de prædictis N. viventis pœnitentia per evidentia ſigna conſtiterit ut eundem ſic defunctum, dummodò illius hæredes injuriam paſſis quibus ille, ſi viverit, occaſione præmiſſorum ſatisfacere teneretur priùs competenter ſatisfaciant vel per eos non ſtet, quominus arbitrio veſtro ſatisfaciant competenter in eo in quo tenentur ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa incurrit, abſolvere in forma Eccleſiæ conſueta & in foro conſcientiæ tantùm licitè valeatis ad effectum duntaxat ut pro illius anima publicæ & privatæ orationes ac preces fieri, ejuſque corpus Eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ poſſint, facultatem & autoritatem vobis concedimus. Dat. &c.*